



Bodleian Libraries

UNIVERSITY OF OXFORD

This book is part of the collection held by the Bodleian Libraries and scanned by Google, Inc. for the Google Books Library Project.

For more information see:

<http://www.bodleian.ox.ac.uk/dbooks>



This work is licensed under a Creative Commons Attribution-NonCommercial-ShareAlike 2.0 UK: England & Wales (CC BY-NC-SA 2.0) licence.

DISSERTATIO PHILOLOGICA ALTERA
EXHIBENS OBSERVATIONES
DE
RE CIBARIA VET. HEBRÆORUM

SPECIATIM
DE ANIMALIBUS APUD HEBRÆOS ESU LICITIS
EORUMQUE IN CIBUM PRAEPARATIONE
NEC NON DE CIBIS LACTEIS

QUAM SUB PRAESIDIO
VIRI CELEBERRIMI
SEBALDI RAVII

S.S. Th. Doct. Ling. O.O. & Ant. Sacr. Prof. Ord. h. t. Rect. Magn.

DIE X. MAJI MDCCLXIX. H. L. Q. S.

PUBLICO EXAMINI PROPONIT
JOANNES KNEPPELHOUT
ROTTER. BAT. AUCTOR.



TRAJECTI AD RHENUM.
Ex officina JOANNIS BROEDEL ET,
ACADEMIAE TYPOGRAPHI. MDCCLXIX.



VIRIS CELEBERRIMIS

ALMAE ACADEMIAE TRAJECTINAE ORNAMENTIS, PRAECEPTO-
RIBUS SUIS FIDELISSIMIS, AMORE ET OBSERVAN-
TIA SEMPER COLENDIS

S E B A L D O R A V I O

S. S. THEOL. DOCT. LING. O. O. ET ANTIQ.
SACR. PROFESSORI ORDINARIO, H. T. RE-
CTORI MAGNIFICO, PRAESIDI HUIUS DISPU-
TATIONIS GRAVISSIMO, EXOPTATISSIMO

GISBERTO MATTH. ELSNERO

G I S B E R T O B O N N E T

S. S. THEOL. DOCTORIBUS, EJUSDEMQUE FA-
CULTATIS PROFESSORIBUS ORDINARIIS

MEINARDO TIJDEMAN

J. U. DOCT. JUR. NAT. GENT. ET PUBL. ROM.
GERM. PROFESSORI ORDINARIO

JOANNI DAVIDI HAHN

A. L. M. MED. ET PHIL. DOCT., MEDIC. CHEM.
BOTAN. ET PHYS. EXPERIM. PROFESSORI
ORDINARIO

JOANNI FREDERICO REITZ

MED. DOCT. HISTOR. ET ELOQ. PROFESSORI
ORDINARIO

CHRISTOPHORO SAXIO

A. L. M. PHIL. DOCT. ANTIQ. ET HUMAN.
LITTER. PROFESSORI ORDINARIO

JOANNI FREDERICO HENNERT

PHIL. DOCT. PHILOS. MATHES. ET ASTRON.
PROFESSORI ORDINARIO.

N E C N O N

VIRO PLURIMUM REVERENDO

PETRO VAN KEMPEN

ECCLES. REFORM. QUAE BREDAE EST, PASTORI
FIDELISSIMO, AMICO CARISSIMO, OPTIME DE
SE MERITO, OMNI AMORE PROSEQUENDO

HANC DISSERTATIONEM PHILOLOGICAM
UT ET SE, SUAQUE OMNIA

L. M. Q. D. D.

JOANNES KNEPPELHOUT.

ARGUMENTUM.

CAPUT I.

*De Animalibus apud Hebraeos esu licitis,
eorumque in cibum praeparatione.*

§. I. *Post introductionem.* §. II. *Agitur de carnis
discerptae & morticinae interdicto, & de sanguine non
comedendo. Lev. XVII. 13. & Ezech. XXIV. 7. ex-
plicantur.* §. III. *De adipe animalium. Conciliatur
Deutr. XXXII. 14. cum Lev. III. 17.* §. IV.
*Paucis illustrantur leges de animalibus mundis & in-
mundis.* §. V. *Lex de nervo luxationis Gen. XXXII.
33. examinatur.* §. VI, VII, VIII. *Agitur de qua-
drupedibus in cibum concessis.* §. IX. *Probat, V.
Hebraeos carnem elixam comedisse.* §. X. *Ex Ezech.
XXIV. 3, 4, 5. & Mich. III. 3. docetur modus elix-
andi agiturque de jusculo. Ezech. XXIV. 6. & 10.
luce perfunditur.* §. XI. *Demonstratur carne assata
Hebraeos quoque delectatos fuisse, & obiter de Prov.
XII. 27. & 2 Sam. VI. 19. seu 1 Chr. XVI. 3. men-
tio injicitur.* §. XII. *Ex Exod. XII, 9. & Num XII.
concluditur, V. Hebraeos agnos & boedos totos assasse.*
§. XIII. *Describitur modus, quo agnus Paschalis assa-
tus fuit.* §. XIV. *Quod V. Hebraeis embammata
haut incognita fuerint ex Gen. XXVII. 9. conjicitur.*
§. XV. *in embammatum confectioem inquiritur, &
de Exod. XII. 8. agitur.* §. XVI. *De assatione
carnis bubulae disquiritur, qua occasione Reg. XIX. 21.
explicatur.* §. XVII. *Contra CALMETUM dispu-
tatur & Gen. XXVII. 9. aliqua luce perfunditur.*
§. XVIII. *Sermo fit de avium praeparatione & comes-
tione & NORELIVS refutatur.* §. XIX. *De lo-
custis.*


custis quaedam in medium adferuntur. §. XX, XXI. De piscibus eorumque praeparatione. §. XXII. Coronidis loco nonnullae observationes ad hoc caput spectantes adjiciuntur.

C A P U T I I.

De cibis lacteis.

§. I. *Sunt & fuerunt olim nonnullae gentes, quae lacte solo victitarunt. Explicatur formula lacte & melle fluere, Exod. III. 8., XXXIII. 3., Num. XIII. 27.*
§. II. *Butyrum diu ignorarunt Veteres, ignorarunt penitus Hebraei. §. III. Hebraeis butyrum non in usu fuisse, probatur 1) ex eo, quod nulla olei penuria laboraverint. §. IV. 2) Quod butyri confectio apud plerosque populos Orientales non videatur in usu esse. §. V. 3) vox חמאה non designat butyrum. §. VI. 4) varia loca, in quibus vox illa legitur de butyro non debent explicari. §. VII. objectio ex PLINII Hist. Nat. Lib. XI. C. XIV. solvitur, & Prov. XXX. 33. explicatur. §. VIII. Ostenditur varia loca, in quibus vox chemma occurrit, non magis de butyro, quam de alio lacticio posse explicari, e. g. Deutr. XXXII. 14., Job. XX. 1. & XXIX. 6., Jef. VII. 15. & Psal. LV. 22. §. IX.—XI. Quale lacticinium vox chemma designaverit, probabiliter conicitur & argumenta ad stabiliendam illam conjecturam indicantur. §. XII. Agitur de חרצני החלב de quibus mentio fit 1 Sam. XVII. 18. §. XIII. De שפת בקר memoratis 2 Sam. XVII. 29. §. XIV. De quodam cibo lacteo, quem etiam apud Hebraeos in usu fuisse colligitur ex Genes. XXX. 20. §. XV. Obiter de גבינה.*

D I S.



DISSERTATIO PHILOLOGICA ALTERA
EXHIBENS OBSERVATIONES

D E

RE CIBARIA VET. HEBRÆORUM

C A P U T I.

*De Animalibus esu licitis, eorumque
in cibum praeparatione.*

§. I.

Cum Dissertationem priorem de pane ejus-
que praeparatione apud V. Hebraeos ae-
quis lectoribus non prorsus displicuisse in-
tellexerim, facile mihi persuasit Praeses
Celeberrimus, ut ceteras observationes,
ad rem cibariam V. Hebraeorum spectantes, a me
per

2 D I S S E R T A T I O

per otium collectas, praelo mandarem; inprimis quia animadverti, hoc Antiquitatum caput utilissimum, commentatoribus fere neglectum, plura continere, quae novam operam flagitarent. Hac igitur in Dissertatione animadvertiones nostras ad duo capita reducere visum est, quorum in priore nonnulla de animalibus esu licitis eorumque praeparatione in cibum dicam, in posteriore paucis de cibus lacteis acturus sum. In utroque brevitati studens, non inquiram in antiquissimam legem cibariam (1), nam, abstinerint primi mortales ab esu carniū, vel minus, certissimum est, animalia post diluvium non solum hominibus in cibum permessa, verum etiam adhibita fuisse, cum Deus leges varias circa esum animalium, non solum Noacho, verum & posteritati Jacobaeae observandas tulerit, in quas paucis inquirere a scopo haud erit alienum.

(1) Vide praeter Auct. a nobis Dissert. de re cib. V. Hebr. I. p. 1. excitatos, VOETIUM Disp. Theol. P. IV. p. 387, qui una cum Cel. MARKIO κρεοφαγίαν ante diluvium licitam pronuntiat. Vide Cl. MARKII Comp. Theol. C. 14. §. 8. ibique Cl. DE MOOR T. III. p. 35. seqq. Confer & Cl. OTTO ad PUFENDORF. de off. hom. & Civ. L. I. C. 12. §. 1. n. 4. p. 373. edit. noviss. Addantur & Rever. HARTMAN. in de Huisbybel. Tom. I. p. 12. & BOMPARTI Not. in Genes. p. 12. Illicitam fuisse censet Cl. T. H. VAN DEN HONERT Diss. de Creat. mundi p. 100. seqq. & Rev. HOFMAN ad LILIENTHAL. Oordeelk. Bybelverkl. IV. Deel. bl. 432.

I I.

Principio observamus, Deum carnis discerptae & morticinae esum Hebraeis vetuisse, vel mavis animalium, quae absque legitima sanguinis effusione vitam amiserunt, *Levit. XI. 39, 40. XVII. 15. & XXII. 8.* His locis ob stare videtur interdictum, cujus meminit *EZECHIEL Cap. XLIV. 34. nullum morticinum aut discerptum, ex avibus aut jumentis, comedunto sacerdotes.* Plerique Interpretes (& ut nobis videtur, recte) haec loca sic conciliant, quod licet generale fuerit praeceptum, tamen praecipue ad sacerdotes spectaverit, unde & *Levit. XXII. 8.* iisdem speciatim praescribatur. Nec mirum; ratio enim specialis interdicti haec erat, quod sacerdotes ceteris Israëlitis sanctiores & laicis exemplo esse, imo & hujus legis observatione invigilare debebant. Quod ad causam generalis interdicti adinet, eam nonnulli physicam fuisse contendunt. Nobis sufficit animadvertere, causam hujus praecepti, praeter avocationem a communione Gentilium & impuritate, eandem videri, quae erat sanguinis non comedendi, nempe quod Deus sanguinem tanquam corporis partem nobiliorem & animam animalis, id est vehiculum vitae animalis, sibi ipsi pro peccatis hominum offerri voluerit, hanc vero legem cum tempore, ob relationem typicam, quam ad sacrificium Christi habebat, magis definitam esse *Levit. l. l. speciatim Cap. XVII. 10, 11.* Ab hac lege manu quasi ducimur ad

4 D I S S E R T A T I O

alterum praeceptum generale, nempe de sanguine non comedendo (1) de quo inter alia mentio fit *Genes. IX. 4. Levit. III. 17. & VII. 26.* Magnam praesertim attentionem meretur lex illa, quam legimus *Levit. XVII. 13,* de sanguine ferarum, quae venatione essent captae. Harum sanguinem pulvere obtegi voluit summus legislator, ne ab ullo, etiam animali, degustaretur; ex mandato nimirum divino expiatio per sanguinem fiebat, in quo anima animalis erat, quare & sanguis altari destinatus erat, ut patet ex *Levit. XVII.*

II.

(1) Sunt qui Apostolos cum a suffocatis & sanguine Christianis abstinendum esse praeceperunt *Act. XV. 20.* ad leges de abstinentia carnis morticinae respexisse volunt, cum alii ad praecepta Noachica confugiant. Nos hanc disquisitionem non ingredimur, vide Cl. *BUDDEI* *Introd. in V. T. Hist. T. I. p. 158. & seqq. J. G. CARPZOV. Not. ad GOODWIN. p. 809. & J. B. CARPZOV. Not. ad SCHIKARD. Jus Reg. p. 336. MORI* *Not. ad loc. N. T. p. 90. ed. Fabric.* aliosque, quos citatos vide a *WOLF. in Cur. Phil. ad Act. l. c. RABBI ISAAC BEN ABRAHAM* Servatoris nostri effatum *Matth XV. 11.* irritum & inane reddere studens, ad hoc concilii Apostolici interdictum provocat, sed minus recte, uti docet *Doct. GENSEL. Obs. Sacr. p. 122.* Hac occasione etiam memorare mihi liceat, Mohammedanos a carne morticina & sanguine ex lege abstinere, conf. *SCHINDLERI Lexic. Pentag. f. 1530. RELAND Diff. de consensu Muham & Judaism. p. 50. & HACKSPAN. Lib. II. Miscell. Sacr. C. VI. p. 276.* Horum praeceptorum vestigia apud Sinas & Japonenses quoque ostendit *SPIZEL. Comm. de re litter. Sinens. Sect. XII. p. 238.*

11. (1) Ad hunc morem allufisse videtur Deus *Ezech. XXIV. 7.* cum inquit, *quia sanguis ejus in medio ejus est, in loco arduo petrae posuit eum, non effudit eum super terram ad tegendum eum pulvere.* Non possum, quin verbulo hic annotem, quod sanguinem piscium & locustarum Judaeis in cibum cedentium nullibi locorum vetitum deprehendamus; semper enim sermo est de quadrupedibus & volatilibus, cum de sanguinis prohibitione agitur e. g. *Levit. XVII. 13, 14.* & *Deutr. XII. 23.* Haec res in causa fuit, quod illarum sanguinem bibere & comedere quacunque ratione ex ipsa lege Judaei fas habuerint (2).

I I I.

Lex porro generalis erat, quod Hebraei abstinerent ab omni animalium adipe *הלב Cbelebb* dicto, (non confundendo cum *הלב Chalabb* lacte) (3) ut patet ex *Levit. III.*

(1) Hinc facile eos possum accedere, qui hoc praeceptum etiamsi de venatione sola sermo sit, extendi volunt ad omnia animalia, tam fera, quam domestica, quae extra sacrificium in templo mactata fuerunt, confer Cel. *WAGENSEILII* Not. ad *Sota*, Cap. II. N. 6. & Doctiss. *ANGLOS* in libro vernaculo, cui titulus *Verklaring over de Heilige Schrift ad b. I.*

(2) Confer. *GERSON Thalmud recens.* p. 178. & *WAGENSEIL. Tract. de fabula sanguinem Christianum Judaeis esse necessarium* p. 57.

(3) Monere hoc necesse duxi, quoniam non desunt, qui has voces confundunt, *JOSEPHUS* enim, quem *GROTIUS* &

III. 17. & *VII.* 25. Judaei hodierni minus recte agunt, cum, ut exactius hanc legem fervarent, ab omni adipe abstinere. (1) Negari quidem non potest, loco posteriori legem generaliter proponi, attamen ex *Levit. III.* 9. docemur, hoc mandatum restringendum esse ad tres tantum animalium species, bovem nempe, agnum & capram. Quod etiam Hebraei minime necesse habuerint ab omni adipe abstinere, patet ex *Levit. XVII.* 13. unde palam est, captum venatione comedi potuisse, si modo sanguis rite fuerit effusus. Est majorem attentionem meretur illa quaestio, quid per adipem illorum animalium intelligendum sit, de ea enim mira inter doctos est discrepantia. Rem, quantum fieri potest, paucissimis verbis absolvemus. Causa disceptationis haec est, quod Deus populo Israëlitico agnorum & arietum in Basane & hircorum adipem comedendum dedisse dicitur *Deutr. XXXII.* 14. Hunc vero locum pugnare existimant viri docti, cum interdicto adipis, cujus mentio fit *Levit. I. I. I. I.* Sed

CLERICUS secuti sunt, fingit *HABELEM* lanam & lac obtulisse; in causa fuit, quod existimavit *chelebb* idem esse ac *chalabb* sed minus recte, confer *DEILING Obs. Sacr. P. II. Obs. IV. p. 68, 69.* & *Cel. FABRICIUM in Diss. de Sacrif. Abel. §. 15, 16.* imò & *C. FRITZCHE in Dissert. de Sacrificiis Caini & Habelis p. 164.* qui ibi refutat *Dissert.*, quae inserta est *Temp. Helv. T. VI. p. 173. seqq.* cujus Auctor probare conatur, Habelem optima & pinguis gregis viva Deo singulari modo & non satis cognito muneris loco consecrasse.

(1) Nempe boum, ovium Caprarum, docente *BUXTORF. Syn. Jud. C. XXXVI. & L. de MODENA Kerkz. der Jod. p. 61.*

Sed non difficile videtur, haec loca conciliare. Primo enim certum est, vocabulum חלב esse nomen generale omnem pinguedinem denotans. Deinde patet ex cohaerentia *Deutr.* 1. 1. ibi חלב ut alibi, id quod optimum est in suo genere, denotare, quo modo refertur ad optima decimarum *Num.* XVIII. 29. & frumenti *Ps.* LXXXI. 16. unde quoque sumitur agnorum adeps pro agnis pinguiissimis & optimis conf. *Ezech.* XXXIV. 3. aliaque loca, quae collegit Cl. GEIERUS, (1). Ex dictis igitur apparet, verba ex *Deutr.* laudata non pugnare cum interdicto in *Levit.* annotato, in quo loco חלב proprie & in sensu sacrificiali adhibetur. Adeps autem hic non quodvis pingue, carni adhaerens & inmixtum significat, sed adipis nomine, uti concludere possumus ex *Levit.* III. 4, 5, 9, 10, 15. & IV. 8, 9. VII. 3, 4. IX. 19. coll. *Exod.* XXIX. 13, 22. quinque hae intestinorum partes veniunt. 1. Adeps tegens intestina. 2. Omnis adeps, qui est super intestinis. 3. Duo renes. 4. Adeps qui est super illis, super musculis, ψάαις. 5. Septum, quod est super hepate. His, in ovibus 6. adhuc addebatur cauda (2).

Cum itaque omnis adeps *Levit.* 1. 1. memoratus haud alius sit, quam qui partibus ante memoratis omnibus vel

(1) *Opp.* T. I. p. 921. & 1256.

(2) Confer Cel. C. IKENII *Diss. de ablegminibus Sacrificiorum Deo in altari offerri solitis.* p. 6. quae dissertatio inspicmeretur, quia vir doctiss. ibi partes memoratas accuratissime explicavit.

vel singulis adhaeret, non alius, non pinguedo animalium, sequitur, quando de adipe non comedendo fermo est, haud alium intelligendum esse, quam qui intestinis vel renibus vel lumbis animalium *Levit. III.* memoratorum adhaeret. Quaerunt praeterea Interpretes, utrum Judaeis comedere istas partes adiposas semper illicitum fuerit, an vero hoc praeceptum tantum pertineat ad illas boves, oves & capras, quae actu immolabantur. In diversas hic rursus viri docti abeunt partes. Nobis (salvo meliori iudicio) veritati consentanea videtur sententia illorum, qui existimant, semper partium antea memoratarum & in *Levit.* nomine חלב designatarum comestionem interdictam fuisse. Quod si enim tantum victimarum adeps intelligendus esset, frustra Deus addidisset, *in omnibus habitaculis*. Accedit quod sanguis & adeps *Levit. I. c.* jungatur, sanguis vero Israelitis semper interdictus fuit, unde concludi posse videtur, ab adipe illis quoque semper abstinendum fuisse. Porro hoc argumentum magnum robur accipit ex *Levit. VII. 24, 27.* ubi illa interdicta arctissime junguntur. Obstare quidem videtur, quod *Levit. VII. 25.* dicatur. חלב מן הבהמה אשר יקריב ממנה אשה quod vulgo sic vertitur: *adeps pecoris, ex quo offeret,* sed quis nescit, hanc phrasin reddi posse, *qui offerri debet aut solet,* per modum nempe potentialem, quo futurum apud Hebraeos saepe accipitur (1)?

(1) Acerrimus nostrae sententiae oppugnator est rever. N. HARTMAN in erudito Opere, cui titulus. *Huis Bybel ad Lev. VII. 26, 27.* Verum argumenta Viri Doctiss. speciosissima sub examen vocare, hujus dissertationis limites minime sinunt.

Quod Deus non omnia animantia Israelitis in cibum concefferit, notius est, quam ut demonstrari oporteat. Distinctionem inter animalia munda & immunda summum legislatorem jam antiquissimis temporibus instituisse, verosimile est, licet nullas leges de hac distinctione annotatas inveniamus ante tempora Mosis; Hujus vero aetate Deus varias promulgavit, quas breviter percurrere lectoribus non ingratum fore confidimus.

Incipiamus a quadrupedibus. *Omne, inquit Deus, quod unguam divisam habet & ruminat in pecoribus, comedetis. Deutr. XIV. 6.* Illa igitur, quae duos hos characteres non habebant, immunda erant, ut legislator. vs. 7, 8. hujus capituli docet, varia enumerans animalia, interque illa camelos, quos findere quidem ungulas experientia compertum est, sed tamen tantum superne, cum inferne cohaereant (1). Porro inter illa animalia immunda porcus quoque numeratur, quem abominatione habent maximeque horrent Judaei (2). Mittimus alia.

Lex

(1) Male igitur hoc loco abutuntur nonnulli ad *MOSIS* atque sacrae scripturae auctoritatem infringendam, Confer. *BOCHARTI Hieroz. Lib. I. Cap. 2. p. 6.* & *PFEIFFER Oper. Omn. p. 136.*

(2) Judaei nil praeter idolum magis abominationi habent, quam porcum, quare *אחר דבר* dicunt, hincque explicandus

Lex de esu piscium ita audit vs. 9. *Haec comedetis ex omnibus, quae sunt in aquis, quaecunque pinnas squammasque habent, comedetis.* Admirabilis igitur est PLINII (1) error, qui pisces squammis carentes in Judaeorum sacris adhibitos ad castimoniarum superstitionem sine dubio posuit; cum lege Mosaica pisces altari destinati non sint, & eorum etiam, qui squammis carent, usus expressa lege fuerit proscrip-tus & exterminatus (2).

Quod nunc ad aves attinet. Deus nullum de bipedi-bus generale praeceptum tulit, viginti tamen illarum species prohibuit *Levit. XI. 13. & seq. & Deutr. XIV. 12. seq.* de quibus pererudite, ut solet, egit BOCHARTUS (3) animadvertens hac occasione *Deutr. XIV. 13.* vitium irrepsisse, avem unam ean-dem

AUGUSTI de HERODE jocus est: HERODIS malle[m] porcus, quam filius esse. conf. Cel. RELANDI *diff. de consensu Moh. & Jud.* p. 50. Cel. C. van der KEMP, in *diff. de sacrificiis* p. 28. Non desunt viri docti qui inquisiverunt, quare Judaei tanto-pere a carne suilla abhorreant? vide CUNAEUM *de repub. Hebr. Cap. XXIV.* p. 318. & seq. BOCHART *Hieroz. I. Lib. 2. Cap. 57.* PFEIFFER *oper. omn.* p. 1007. & SPENCER *de Legib. Hebr. ritual. Lib. I. Cap. V. Sect. IV.* p. 171. seq.

(1) *Hist. Natur. Lib. XXXI. Cap. 8.*

(2) Vid. Cl. MILLII *Orat. de Variis in Antiq. S. errorib.* p. 36. adjuncta est ejus *Select. Sacr.*

(3) *Hieroz. P. II. Lib. II. Cap. 33.* & post eum CLERICUS *in Comment. ad l. l.*

demque fuisse quae ראה & ראה adpelletur. Negari non potest, literas ר & ר a scribis aliquando fuisse confusas. Sic sane ריפת 1. Paral. I. 6. scribitur pro ריפת (1), quod legitur Genes. X. 3. Graecos Interpretes in uno ZEPHANIAE capite bis in his litteris errasse docet CAPELLUS (2). Sunt etiam nonnulli interpretes (3), qui avem, quae Levit. I. 1. איה vocatur, eandem esse contendunt, cum ea, quae Deutr. XIV. 14. דיה audit, sed male; Deutr. enim I. 1. ambae memorantur האיה והריה. Sed redeo in viam. Licet Deus nullum praeceptum generale de bipedibus tulerit, de avibus tamen reptilibus praeceptum exstat Levit. XI. 20. *Omne reptile volatile ambulans quatuor pedibus abominationi esto vobis.* Attamen ex contextu hujus loci apparet, hanc legem exceptionem pati, nam vs. sequenti additur: *veruntamen hoc comedetis ex omni reptili volucris, quod ambulat quatuor pedibus, אשר לאכרעים, quibus saliat super terram.* Haec verba negotium facessiverunt nonnullis interpretibus, in caussa fuit lectio varians, quam Masorethae notant in margine, nempe pro לא non, legendum esse לו, quod notat ei. Nos cum BOCHARTO (4) postremam lectionem praeferimus, quia naturae rei & speciebus vs. 22. memoratis rectissime convenit.

Haec de legibus generalibus in esu animalium obser-
van-

(1) Conf. BOCHARTI, Hieroz. P. II. Lib. II. Cap. 7. p. 191.

(2) In Comment. & not. Crit. in V. T. p. 123, 124.

(3) Conf. WALTHER Harm. Bibl. p. 245.

(4) Hieroz. P. II. Lib. IV. Cap. 2. p. 451.

vandis sufficiant. Multi non solum ex Ethnicis & veteris Ecclesiae Christianae Haereticis, verum etiam nonnulli, ex sic dictis Patribus orthodoxis ciborum exceptionem per Mosen praeceptam irriferunt; quare in illarum rationem & causas jam ab antiquissimis temporibus vario Marte & successu a viris eruditissimis, quibus haec sententia inopia videbatur, inquisitum est (1). Nos hanc disquisitionem nostram non facimus, sed solummodo observamus, Deum has leges Israëlitis dedisse eo fine, ut a gentilibus discernerentur, nec facile horum moribus & idololatriae obtemperarent. Hoc enim patet quam clarissime ex *Levit. XX. 24-26*, *Deutr. XIV. coll. Levit. XI. & Act. X. 14, 15.*

V.

Praeter has leges generales, dicunt Judaei fere omnes, in monte Sinai quoque fuisse promulgatum praeceptum de non comedendo נִיךְ הַנֶּשֶׁה, *nervo luxationis* (2) liberantes sese novitatis suspicione, quod nulatenus ex patrum aemulatione, sed ex solius Dei mandato per MOSEN, onus hoc cerimoniale potuerint in se suscipere (3). At, cum in S. Codice nec vola nec vesti-

(1) Conf. Cl. *BUDDEI Hist. Eccl. V. T. T. I. p. 585.* & Cel. *BURMAN. in comm. Vernac. in Pentateuch. p. 570, 571.* ut taceam alios interpretes *Levitici.*

(2) Confer *F. STAFMAKER in diff. de non comedendo nervo coxendicis pag. 21.*

(3) Inter interpretes non convenit de hoc nervo. Confer. *HEI-*

vestigium hujus legis occurrat, cum HEIDEGGERO potius existimamus, rectius hujus moris originem ad ipsum JACOBUM referri, ipsumque hunc ritum usurpasse & instituisse posterisque praescripsisse in monumentum & *μνημοσυνοι* certaminis cum angelo. Huc fane inclinat JOSEPHUS, *ὁ ἀρχαῖολογος* (1), & hoc suadere videtur *Gen. XXXII. 33. Cel. LIGTFOOTUS* (2) annotat, primam hanc fuisse cerimoniam, qua Israel velut peculiaris populus distinctus fuit: & docet, Judaeos veteres, licet ab isto nervo abstinerint, femur tamen comedisse, cui iste nervus inerat. (3) Judaei tamen recentiores, cum ignorent hunc nervum commode eximere, ab omnibus nervis in posterioribus armis abstinent, quin imo, ipsos armos Christianis passim divendunt aut relinquunt (4). Avibus non nisi analogice tribui hunc nervum, docent MAIMONIDES alique (5).
VI.

HEIDEGGER. *Hist. Patriarch. T. II. Ex. XVII. p. 526.* & BEUKELMAN *diff. de monomach. Jacobi cum Deo p. 49.* Inspiciantur quoque interpretes a POLO in *Synop. ad b. l.* allegati.

(1) *Lib. I. Antiq. Jud. Cap. 10. §. 2.* in hanc sententiam: *Quia Deus Jacobi latum nervum inter luctandum laesit, & ipse eo cibo abstinuit & nobis illo propter eum vesci non licet.*

(2) *Tom. I. Oper. p. 158.*

(3) Hoc probat ex eo, quod femora agnorum paschaliū comedi debuerint, *Exod. XII. 10.* Hanc partem SAMUELEM SAULO servavisse *I. Sam. IX. 24.* imo femur ELKANAM HANNAE dedisse verosimile judicat.

(4) Confer. MERCER. in *Genes. l. c.* & LEO DE MODENA *Kerkzeden der Jod. p. 61.*

(5) vid. HEIDEGGER *l. cit.*

VI.

Non inutile erit, visis legibus generalibus, paucis contemplari animalia, quae veteres Hebraei comederunt, ut ita ad illorum praeparationem transire possimus. Animalia, in cibum ipsis concessa, erant vel domestica, vel fera. Domesticorum quadrupedum classes constituunt boves, oves & caprae (1), Bubulam ab Hebraeis in conviviis fuisse receptam, patet ex *I. Reg. I. 9.* & *XIX. 21.* aliisque locis; in quibus memorabilis omnino est *MATTH. XXII. 4.* ubi Regi proceres & optimates ad filii nuptias vocanti memorantur *οἱ ταυροὶ μὲν καὶ τὰ σίτινα τεθυμμένα.* Non me latet, doctiff. ELSNERUM (2) existimare, haec verba non designare animalia in esum mactata, sed ob nuptias sacrificata. Verum si locum attente inspicimus, nullam videmus rationem a consueta mactationis in cibum significatione recedendi. Non solum autem bubulam, verum etiam vitulinam veteres amabant, hinc ABRAHAMUS angelis hospitibus *vitulum tenerum & bonum* apposuit *Gen. XVIII. 7.* Hoc nomine faginabant vitulos, uti concluditur ex eo, quia in multis scripturae locis de vitulis faginatiss (3) mentio est. Monere hic de-

(1) Haec etiam Homericis heroibus duntaxat in usu erant, ut observat FEITH. *Antiq. Hom.* p. 269.

(2) In *Obs. Sacr.* tom. I. p. 99.

(3) Confer BOCHARTI *Hieroz.* P. I. Lib. II. Cap. 32. p. 313. & MAJI *Hist. animal.* P. I. p. 241. Modum faginandi, iidem describunt, hic *l. l.* p. 215, ille vero *l. l.* p. 302.

debeo, boves juniores duobus vocabulis insigniri in S. Codice; על nempe & פר, vocabulum prius minoris aetatis animal denotat, quam posterius (1).

V I I.

Praeter boves etiam memorare oportet oves. Hae attentionem nostram merentur, non solum ob miram, qua pollent, foecunditatem, praesertim in Palaestina (2), & quod illarum caro cibus fuit aestimatissimus, uti adhuc hodie est Orientalibus (3), verum etiam quod oves Orientales ob caudas Europaeis praestant. Quare recte ad confirmandam illam Hermeneutices regulam: *Ne ex nostrae regionis indole res Orientis naturales metiamur, quippe quae toto coelo a nostris discrepant*, adducit Cl. RAMBACH (4) verba

(1) Pluribus hoc docuit C. AEM. RUBKE in *dissert. de vitule decollata* §. 6. quae inserta est *Collect. opusc. Theol. T. I. P. I. Bremae* edit. a Viro Cl. OELRICHS.

(2) Hinc ovis ex multorum sententia און dicitur. Confer. BOCHART *Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. 43.* & HOTTINGER. *de Decim. p. 231*, Hinc & כבש dictam vult SIMON. in *Arcan. formar. p. 622.*

(3) Ita Nobiliss. DE MAILLET *Beschr. van Egypte T. 2. p. 190.* 't Ofsse en buffelsvleesch word nog hedendaags op de tafels van 't gemeen voorgediend, integendeel laten de ryke en aanzienlyke perfoonen niet toe, dat op hunne tafels iets anders als schaape vleesch ofte gevogelte gebragt worde.

(4) *Hermen. Sacr. Lib. III. C. 4. §. 9. p. 483.*

ba *Exod. XXIX. 22.* e quibus patet, caudam ovium cum reliquo adipe in victimis oblatam fuisse; nec mirum; caudae enim illarum ovium optimae sunt pinguedinis & ingentis magnitudinis. Duae Ovium illarum caudatarum sunt species. Aliae longioribus instructae sunt caudis, ita ut aptatis huic fini vehiculis imponere eas necessarium sit, ne per spinas ac saxa tractae damnum accipiant, aliae vero habent caudas latiores, (1) cujusmodi oves reperiri dicuntur in promontorio Bonae spei (2). Cauda ovium Orientalium minima decem libras, maxima quadraginta libras aequat, uti docent GOLIUS aliique qui ovium Orientalium imprimis Syriacarum, mentionem fecerunt.

Ovibus jungi debent *caprae*, harum usus ad cibum frequentissimus fuit; recensentur enim & commendantur non solum in S. S. locis multis, verum ex *Gen. XXVII.*

(1) De his ovibus egerunt *PLINIUS Hist. Nat. Lib. VII. Cap. XLVIII. BOCHART. Hieroz. P. I. Lib. I. p. 494. & Lib. I. p. 6. GOLIUS in Lex Arab. fol. 1723. MAJUS in Histor. animal. P. I. p. 501.* aliique, quos citatos vide a *SIMONE in Arcan. formar. p. 368.* quibus addi possunt *DAPPER Besch. van Africa p. 24., 678., & 683. SCHEUCHZER in Opere Bibl. ad Ex. XXIX.* quem & praeter alios quoque laudat *Cl. IKENIUS dis. de ablegmin. &c. p. 23. J. CAJI Histor. animal. rarior. p. 72. SCHAW. Itinerar. T. I. p. 312., RUSSEL, Beschryving van Aleppo p. 61, 62. HOUTTUIN Natuurl. Histor. Lib. I. T. 3. p. 265.* quibus jungi potest opus Belgicum, cui titulus *REPUBLIEK DER HEBREEN T. III. p. 360,* ubi in tabella depictae conspici possunt.

(5) Confer. *Dapper l. c. p. 641.*

XXVII. 9. patet, REBECCAM duos hoedos ISAACO praeparasse, ut multa alia loca praeteream, quorum catalogum dedit BOCHARTUS (1), & in quibus eminet lex in Pentateucho ter repetita, (2) de hoedo non coquendo in lacte matris (3). De capris earumque usu in oriente non abs re erit hic inserere verba expertissimi HOUTTUIN (4): *Offschoon de geiten in de Nederlanden, Vrankryk, en Duitsland weinig geagt worden, moet men niet denken, dat dit overal zoo zy: integendeel in de Oostersche landen en in 't noordlyk*

(1) Hieroz. P. I. Lib. II. p. 633.

(2) Exod. XXIII. 19. XXXIV. 26. & Deut. XIV. 21.

(3) Judaei existimant *hoedi* vocabulum hic non stricte pro *hoedo*, sed latius pro quolibet animalis foetu tenero accipiendum esse, videatur FARCHIUS in Exod. XXIII. 19. Judaei igitur ex hac lege concludunt, nullam carnem cum lacte in coctione atque esu conjungendam esse, confer LEO DE MODENA l. c. p. 63. & auctores citatos a DASSOVIO in *Dissert. de sepult. Animal. Hebraeis usitat.* §. XXIV. De hac lege vix audeo post tot virorum doctorum labores quicquam asserere, nisi Judaeorum ex hac lege conclusionem ridiculam esse. Si cui placet, doctorum de hac lege sententias noscere, adeat praeter Cl. B. S. CREMERI Orat. de hac materia, BOCHARTI Hieroz. Lib. P. I. p. 334. SPENCER. Leg. Ritual. Lib. 2. Cap. 8. p. 270, WALTHER. Harm. Bibl. p. 238, VAN TIL Zoolog. p. 203, 4 & D'OUTREIN Obs. misc. p. 65, 66. CLERICUS peculiarem hac de lege fovet sententiam, in *Comment. in EXOD.* p. 118. sed minime probandam, uti docet DASSOVIVS *diff. laud. l. c.*

(4) l. l. p. 170.

lyk deel van Africa worden zy hooger geagt, dan de schaapen; en hun vleesch smaakt 'er inderdaad veel beter. Haec de animalibus domesticis dixisse sufficiat.

V I I I.

Transimus ad feras. Inter has autem primum locum sibi vindicant *cervi & capreae* (1). Carnis cervinae esus S. litteris commendatur (2), imo cervi in quotidiano Salomonis victu recensentur 1. *Reg. IV. 23.* nec mirum, cervos enim in Syriae montibus Amano, Libano & Carmelo gigni, testis est AELIANUS (3). & in S. Codice alii montes cervos pascentes nominantur e. g. montes Bether & Betzanim (4). Caprearum vero in cibis usum non solum memorat MOSES (5), verum & auctor libri 1. *Regum. IV. 23.* Sic quoque Arabes usu (6) non solum, verum & esu caprearum (7) delectantur. Praeter cervos capreasque, plures aliae memorantur ferae, *Deutr. XIV. 5.* ד'ישון, אקו, יחטור, תאו,

(1) Has feras heroes Homerici quoque in cibum capiebant. confer FEITH. l. l. p. 272.

(2) Confer. *Deut. XII. 15. & 22.*

(3) *Hist. anim. Lib. V. in fine.*

(4) Confer BOCHARTI *Hieroz. P. I. Lib. III. p. 894.*

(5) *Deutr. XII. 15. 22. & XIV. 5. & XV. 22.*

(6) Conf. D'ARVIEUX *Voyage dans la Palest. p. 21.* Ab hoc animali saepissime flores suos & metaphoras mutant Poetae Orientales, confer LETTE *Not. in Caab ben Zobeir p. 100, 101. & CRENII Op. T. IV. p. 74.*

(7) Inspic. BOCHARTI *Hieroz. P. I. Lib. III. p. 928.*

זמר & תאו. Sed, cum illae sine dubio rarius in cibum converfae sint, nil necessum erit, ut tempus in indaganda earum natura & qualitatibus teramus, sufficere existimamus, si in notis praecipuos fontes, unde de his feris certior cognitio acquiri potest, indicaverimus (1).

I X.

Accedimus nunc ad ipsam praeparationem. Quemadmodum Graeci non solum carne assata, verum & elixa

(1) יחמור secundum BOCHART *Hier. P. 1. Lib. 2. Cap. 22. p. 910.* capreae rufae species est cervo similis, aliis est bubalus, vel urus. confer SIMONIS *Arc. form. p. 555.* HOUTTUIN quoque l. c. nonnulla de יחמור annotavit. יקו secundum BOCHART. l. c. p. 900. hirci silvestris species est, aliis est illud animal, quod Germanice *een Elend* audit. conf. SIMONIS l. c. p. 552. aliis est rupicapra Belgice *een Gems*. Vide HOUTTUIN l. c. p. 180. ubi quoque ישיון meminit, de quo animali quoque non consentiunt Interpretes. conf. BOCHART l. c. p. 902. addatur Doct. PALLAS in *Misc. Zool. T. 1. p. 9. ed. belg.*, & quae ibi annotavit Vir Expertiss. P. BODDAERT. Acerrime Viri Doctissimi contendunt de יתו, vulgo bos sylvestris, sed BOCHARTO, quem & secuti sunt MAJUS in *Suppl. ad COCCEJI Lexic.* & VITRINGA ad *Jes. LI. 20.* est *Oryx*. Verum anonymus quidam BOCHARTUM refutare conatus est. videant: *Misc. Duisburg. T. 1. p. 519.* Taudem זמר, plerique volunt, *Camelopardalum* fuisse. Secundum BOCHARTUM fuit rupicapra, vel ibex, conf. l. c. p. 906. & MAJI *Hist. Anim. p. 745. P. 1.* HOUTTUIN l. c. p. 38. nonnulla quoque de זמר annotavit, docetque JOHNSTONUM errasse, cum Judaeis *camelopardalum* in cibum adhibere non fuisse licitum, affirmat.

elixa vescebantur (1) ita etiam Hebraei, Elixatam fuisse carnem apud Hebraeos constat, quia sacrificiorum caro elixabatur, vid. 1 *Sam. II.* 13. 15. 2 *Cbron. XXXV.* 13. Idem manifestissime liquet ex eo, quod Deus praecepit, agnum Paschalem non crudum comedere, aut **ובשל** **במים**, *coctum in aquis*, sed assatum ad ignem. *Exod. XII.* 9. Dubium est, num huc quoque pertineat 1 *Reg. XIX.* 21. ubi narratur de Elifa, quod **בכלי הכקר בשלם הנשר**, *instrumento boum coxerit iis carnem*. Cum enim verbum **בשל** generale sit, significans *maturescere*, hinc *coquere aliquid ad maturitatem*, fieri solet, aliquando, ut etiam de assatione intelligendum sit, velut cum de assatione agni Paschalis accipitur *Deutr. XVI.* 7. (2) Malim ergo eam significationem ad verbum **בשל** transferre, quia & instrumento memorato convenire videtur, ut **בשל** ibi assandi significationem habeat. Sed haec in transitu: videamus de ipsa elixatione ejusque modo.

X.

Hebraei carnem cum elixare volebant, & totum animal parabant, illud in partes dissecabant, quae dissectio ita institui solebat, ut partes optimae a minus aestimatis separarentur. Electione facta, partes optimae, femur & armus ollae aquis repletae imponebantur,

(1) v. FEITH l. c. p. 270.

(2) Uti recte observavit A. T. GILDE in *Lucubr. ad Zachar XIV*, p. 255.

tnr, tum addebatur offium delectus & tandem reliqua ossa ollae subjiciebantur. Hoc colligitur ex *Ezech. XXIV. 3, 4, 5.* Instrumentum, quo carnes secabantur & ossa confringebantur, Judaeis vocatur קופ"ץ (1). *copis.* Quod Hebraei, antequam ossa ollae imponebant, illa fregerint, ut facile medullam ex iis elicere possent, haud obscure inter alia ex *MICH. III. 3.* colligitur. Medulla vero ita delectati sunt, ut olim in conviviis lautioribus medullata apponerentur, conf. *ESAI. XXV. 6.* quare & animalia pinguisima & optima vocabantur סה"ם *Ps. LXVI. 15.* (2) Populi Orientales hodiernum medullam maximopere amant; de Circassiis haec narrat TAVERNIERIUS (3) *Zoo haast als zy een hert gedood hebben, kappen zy 't de benen af, en breken de schonken om 't merg daar af te eeten, vermits zy gelooven, dat 'er niets beter is om het lighaam sterk te maken.* Sed redimus ad propositum. Cum satis elixa erat caro, exempta lebeti, ut concludi posse videtur ex *Jud. VI. 19.*, סל canistro imponebatur, jusculum vero defundebatur in פרו"ר *ollam*, quae utrum fuerit peculiaris & ad hunc usum destinata, an minus, affirmare non audeo, nec multum refert. פרו"ר autem olla est bullitioni destina-

ta

(1) Confer. RUBKE *diff. laud. §. VIII.*

(2) Vide BOCHARTI *Hieroz. Lib. II. Cap. LXV. p. 472.*

(3) l. c. *Lib. III. Cap. II. p. 277.*

ta (1). Majorem attentionem meretur jusculum ipsum: Hebraei istud vocant מֶרֶק a radice מֶרַק, quae Arabibus مرق proprie *fricare, extergere*, speciatim *sordes*. notat. Quod si igitur jusculum ab hac notione dictum est, denotabit hoc vocabulum jusculum à spumis faecibusque expurgatum (2). Hebraeos igitur jusculum despumasse constat, quo etiam alludi videtur *Ezech. XXIV. 6.* Quo vero instrumento hoc peregerint, incertum: forsan palmarum spatulas pro scopis adhibuerunt. Hodienum enim palma Arabibus, & palma sylvestris Siculis & Sinensibus eundem utum praestat (3). Jusculo sal videtur injectus fuisse; nullus enim cibus, (ut utar verbis G. AGRICOLAE (4),) tam suavis & jucundus, ut sine sale gustatus delectet. Num etiam aromata inmiscuerint, uti mos est Arabum, aliorumque Orientalium (5), affirmare non possum; nullum enim in s. litteris hujus rei vestigium comparet, nisi quod *Ezech. XXIV. 10,* mentio fit מֶרֶקָה מְחִיָּה *conditurae*. Sed commode docet Cl. SCHULTENS (6) מֶרֶקָה significare *coctionem unguentariam*; unde conjicio hic de

(1) Vid. Doctiff. LETTE in *Animadv ad Text. V. T.* p. 83.

(2) Confer. Cel. A. SCHULTENSIUS in *Comment. ad Proverb.* p. 242.

(3) Inspic auctor. laudat. a SIMONE in *Lexico ad vocem מֶרֶק*.

(4) *Lib. III. de Nat. fossil. Cap. I.*

(5) Videat. DAPPER *Beschryung der Afric. Gewest.* p. 712.

(6) *Comm. in Job.* p. 1208.

de vehementi elixatione sermonem esse: nempe Propheta ita carnem consumere debebat, ut jusculum quasi in unguentum mutaretur. Attentionem hic meretur haec DAPPERI relatio: *zy (nempe Arabes) eeten ecne zekere pap, Herise genaamt, welke van gekookte tarw dus toebereid word, te weten, de gekookte tarw word in de zon te droogen gelegd, en dan in een emmer of bak getooten, tot dat zy gezuiverd is. Eindelijk word zy met vet vleesch-opgekookt tot dat 't vleesch verkookt of verteert is, 't welk dan eene zeer lekkere en smakelyke spyze geeft.* (2) Sed docet idem *ibidem*, hoc genus cibi demum a temporibus MOHAMMEDIS penes Arabes usu receptum fuisse, unde intelligitur ad veterem morem illustrandum perperam adferri. *Mahomed maakte zyne navolgers wys, dat hy 't maaken van deeze pap van Gabriel geleerd had.* Haec de elixatione iustificant. Progredimur ad assationem.

X I.

Hebraeos veteres carne assata delectatos fuisse, multis ex s. scripturae locis manifestum est. Sic *1 Sam. II. 15.* filii *ELI* carnem volunt crudam sibi dari, ut eam assarent. De assatione etiam sermo est *JES. XLIV. 16. & 19.* Multi huc etiam trahunt *Prov. XII. 27.* hoc modo locum illum reddentes: *non assabit fraudulentia venationem suam.* Sed vir Cl. A. SCHULTIENS (1) docet חרך apud

(1) Comment in Prov. ad h. l.

(2) l. c. p. 153, 154.

apud Arabes *حريك*, in movendo, & ciendo teri, speci-
 atim: in excitando praedam e cubili. Locum hunc
 igitur ita reddit: *non ciebit remissio fraudulenta vena-*
tionem suam. Non multo meliore jure huc refertur
 2. *Sam. VI. 19.* seu 1. *Chron. XVI. 3.* ubi narratur,
 Davidem inter alia populo dedisse *אשפר*, quod, si
 Judaeos sequimur, significabit *juvenci sextam par-*
tem. Sed hos BOCHARTUS (1) refutavit, docens
אשפר significare carnis cujuscunque honestam & de-
 centem portionem. Cl. SIMON (2), existimat lite-
 ram *א* hic non posse esse heemanticam, qualis est secun-
 dum BOCHARTUM, unde illos sequitur qui vo-
 lunt, vocem ex verbo inusitato *אשה* *assare* & *פר*
bos, taurus, compositam esse, ut *אשפר* significet
assaturam bubulae carnis, seu carnem bubulam assatam.
 Rectius, si quid video, BOCHARTUS, est enim
 ista compositio longius petita, & coacta, contra au-
 tem forma *אשפר* cum *א* heemantico admodum fre-
 quens & quidem cum augmento significationis (3).
 Tandem Hebraeos carnem assatam comedissee patet
 ex *Exod. XII.* ubi de agno paschali agitur. Antiquissi-
 mum esse hunc morem assandi carnem ob simplicitatem
 aliasque causas facile probaverit BOCHARTUS (4).
 Quod

(1) *Hieroz. P. I. Lib. II. Cap. XXVIII. p. 278.*

(2) *Arcan. formar. p. 637. 644. & Lex. Hebr. p. 86.*

(3) Vide eundem SIMONEM *Arc. form. p. 547. seqq.*
 DOUGTAEUS existimat, DAVIDEM populo carnem cru-
 dam dedisse. vide ejus *Analec. p. 154.*

(4) *l. c. Cap. I. 597.*

Quod tamen idem cum aliis observat, HOMERUM Diis suis nunquam elixas carnes, sed solum affas apponere, non tam eo facit, ut intelligamus, affationem antiquiorem esse elixatione, quam antiquitus carnem affatam plaris quam elixam esse aestimatam. Sed videamus de modo affandi:

X I I.

Videntur Hebraei agnos & hoedos totos affasse, id est, una cum capite, intestinis & pedibus; de agno enim paschali Deus hoc praeceptum tulit *Exod. XII. 9. ne comedatis ex eo crudum quicquam, vel semi coctum* דאשו על כרעיו, *sed assum igne, נא, aut coctum in aqua, sed assum igne, דאשו על כרעיו — קרנו* caput ejus cum cruribus & visceribus. Haud me latet JO. CLERICUM (1) existimare, hic mandari, caput & crura a trunco divellenda & separatim torrenda esse, ut omnia nempe melius & celerius affarentur, quam si trunco etiamnum conjuncta fuissent. Sed pugnare mihi videtur hoc viri doctissimi assertum cum *Num. XII*, ubi docemur, *nullum os agno paschali frangendum* adeoque totum affandum fuisse. Quare & ipse CLERICUS de hac sententia dubitavit (2). Verum dicet fortasse non nemo, si Deus ex-
pres-

(1) In *Comm. in. h. l.*

(2) Ipse enim, postquam sententiam allatam proposuit, dicit: *Hoc quoque ita posset intelligi, ut MOSES significet, non modo truncum esse affandum, sed etiam caput, crura & viscera.*

presse mandavit, totum agnum affandum esse, nonne exinde clarissime patet, haud in more fuisse Hebraeis, agnos totos affare; verum istam consequentiam perquam nego. Solummodo ex hoc loco, si quid video, concludi potest, V. Hebraeos alio quoque modo carnes affare solitos fuisse, quod minime nego. Forfan autem usu ipsis receptum erat, carnem, antequam affabant, in partes minutas secare, quem morem apud Turcas obtinere me docuit praeter alia COTOVICUS (1), cum de quotidiano Turcarum cibo verba faciens dicit. *Caro item vervecina elixa vel affata, quam minutim secant ossibusque detrahunt, mox in proprio adipe non addita aqua lebetibus impositam coquant, vel verubus affixam & in minutulas partes concisam ad ignem torrent, assantue: vel concisam adipe inmixto manibus subigunt, & artocreas conficiunt.* De Arabibus idem annotavit ARVIOSIUS (2), cum inquit: *pour le mouton ou le boeuf, on le coupe tout par petits morceaux, gros comme des noix, on met dessus du sel & du poivre, puis les aiant passés dans des brochettes de fer longues d'un pied, on les fait rotir sur un petit feu de charbon, qu'on met dans un rechaud & ils le servent avec de l'oignon haché.*

X I I I.

Transeamus nunc ad ipsam praeparationem. Vidimus modum agnum totum affandi Hebraeos haud latuis-

(1) *Itiner. Hieroz. & Syriac. p. 482.*

(2) *Voyage dans la Palest. p. 197, 198. Conferatur quoque DE BRUIN Reizen door klein Asien p. 134.*

tuisse, quomodo hoc peregerint, id vero in quaestione venit. Difficile est certi aliquid definire; non infeliciter tamen conjiciendo rem assequemur, si consulamus Arabes aliosque populos Orientales. De Persis hoc habet THEVENOTUS (1): *Ils font rotir au four des agneaux & des moutons entiers de cette maniere: Apres avoir bien chauffé le four dont la bouche est en haut, ils y mettent la viande, & l'y suspendent, avec une terrine dessous pour recevoir la craisse. Elle se cuit également des tous cotéz; apres qu'elle est cuite, ils la mettent en morceaux. Il y a plusieurs boutiques ou l'on en vent ainsi de toutes les sortes. Forfan veteres Hebraei eodem modo agnos assarunt. Saltem, si Judaeis fides habenda est, agnus paschalis assatus fuit in furno lateritio, formam habente ollae sine fundo, foramine instructo (ןׂ dicto), per quod ignis immitti solebat & educi, nec non foramine in summo (נה dicto), per quod agnus Paschalis demittebatur in furnum, sic ut agnus esset in medio furni & ignis infra eum (2). Animadvertimus Judaeorum furnum aliquam convenientiam habuisse cum furno Persarum; imò in memoriam revocamus, nos probare conatos fuisse, hunc Persarum aliorumque Orientalium furnum V. Hebraeis haud inusitatum fuisse ad panes con-*

(1) *Voyages Tom. II. p. m. 326. Conf. quoque CHARDIN Voyage de Pers. T. IV. p. 193.*

(2) Confer. Auct. citat: a Cl. RELANDO *Antiq. Sac. P. III. C. VI. §. XVIII. p. m. 192, 93.*

conficiendos (1): quidni etiam adhuissent ad carnes affandos? Vel sic tamen extra fornacem quoque affatos fuisse agnos Paschales dubitare nos non finit phrasibus של עלי *Exod. XII. 9.*, quae permutatur 2 *Chr. XXXV. 13.* cum מושל באש. Quod si ergo quis velit, V. Hebraeos agnum paschalem affasse eo modo, quem de Arabibus annotavit *D'Arvieux* (2), non refragabor. Nobilissimus ille periegeta sequenti modo eorum affationem describit: *Les Arabes mangent rarement du rôti, quand on en fait chez les Emirs, on passe les poulets dans une broche de bois, qu'on tourne sur deux piquets fourchus fichés en terre, & en tournant, on les arrose avec du beurre au lieu de lard. On rôtit tout de même des chevreaux & des agneaux tout entiers.* Hic memoratur veru: Idem instrumentum adhibuisse Hebraeos, cum agnum Paschalem affarent, memoriae prodiderunt Judaei (3), quippe qui narrant, veru ex ligno malogranati infixum fuisse ori agni usque ad nates. Huic veru aliud transversum addidit JUSTINUS Martyr (4), nam dicit: το γαρ ὀπτωμδρον προβατον, χηματι ζομδρον ὁμοιος τῷ χηματι τῆ σαυρα ὀπταται, εἰς γαρ ἰρθιος ἰβελισκος διαπερονεται απο των κατω-
τα

(1) Inspiciatur *Diff. nostr. De re Cibar. V. Hebr. p. 50.*
& *seqq.*

(2) *l. c. p. 197.*

(3) In tract. *Pesachim. VII. 1.* & *MAIMONIDES* parili tractatu *VIII. 10.*

(4) In *Dial. cum Tryphone p. 259.*

τατω μερων μεχρι της κεφαλης, και εις παλιη κατα το μετα-
 Φρειον, ω προσαρτωνται, και αι χειρες τ8 προβατα. *Agnus
 enim assus in figuram cruci similem conformatus, ad ig-
 nem torretur. Nam veru unum ab infimis partibus
 ad caput usque adactum perfigitur, & aliud rursus
 ad interscapilium, cui appenduntur agni manus (seu
 pedes anteriores.) Quale assertum forte inter ea debi-
 lia arma referendum est, quibus patres utebantur con-
 tra Judaeos: ut vehementer dubitem, num felicissima
 Minerva Cl. RAMBACHIUS (1) hanc traditionem
 attulerit ad probandum, notitiam rituum Judaicorum
 Typologicam sacram juvare posse.*

X I V,

Quaeri potest, an Hebraei carnem cum intinctibus
 & condimentis comederint. Licet haud improbable
 sit ex consideratione regionum, quas Hebraei olim in-
 coluere, embammata ipsis haud incognita fuisse; illis
 enim in terris facile contingebat, ut stomachus ex ni-
 mio aestu fastidiret, & cibi minus, quam naturae ne-
 cessitas flagitaret, esset appetens, hinc embammatum
 usus videtur prorsus necessarius, quoniam illa haud
 parum faciunt ad aviditatem excitandam, praesertim
 si ex acidis sint confecta. Licet, inquam, haec, embam-
 matum usum apud V. Hebraeos obtinuisse, aliquo mo-
 do doceant, fateri tamen debeo, in S. Codice hujus
 rei

(1) *Inst. Hermen. Lib. III. C. VI. §. 4. p. m. 541.*

rei vestigia haudfacile detegenda esse. Videri quidem poterat huc referendum esse lac & *chemma*, una cum vitulo ab Abrahamo hospitibus divinis propositum, uti docemur *Gen. XVIII. 8.*; lac enim & *chemma* embammatis loco hodiernum a nonnullis Orientalibus adhibetur. Sed mallem haec duo ad refrigerandum, & restinguendam sitim a Patriarcha allata esse, *ae-stuabat enim dies*, secundum vs. 1. Veri similis est embammatis loco חמץ V. Hebraeos usurpasse, hoc enim certissime concludi potest ex *Ruth. II. 14*, licet ex textu non apparet, acetum fuisse embamma carnis assatae, sed potius panis aut frumenti tosti, quale operarii BOASI pro prandio utebantur. Ex hoc igitur facto minime concludi potest Hebraeos carnem assatam cum intinctibus comedis. Neque etiam in praesidium vocari debet 1 *Sam. IX. 24*. Verum est, ibi legi, coquum SAMUELIS jussu SAULO apposuisse שוק ועליה. Sed unde patet, vocem עליה indicare embamma quoddam, uti nonnulli interpretes volunt (1)? Vocabulum illud (salvo meliori) simpliciter indicare videtur partes membro שוק dicto adhaerentes. Majori jure huc referri videtur *Gen. XXVII. 9.*, notum enim est ex hoc loco, Rebeccam duos hoedos petiisse, ut eos sic praepararet, ut carnem ferinam referre viderentur. Hoc autem, cum haud aliter fieri potuisse videatur, quam rerum acidarum additione, non pro-

cu-

(1) Vid. Doct. ANGLOS in *Comm. ad h. l.*

cul a vero abfuerit, qui hinc conjecerit, V. Hebraeos etiam condimentis ufos esse, verum quibus e rebus speciatim confecta fuerint, haud constat.

X V.

Minime quidem mihi ignotum est, eruditissimum CALMETUM (1) docere, quomodo V. Hebraei embammata praepararint, cum dicit: *Tot hunne vleesch bereiding kwam zout, honing, olie, room of boter & paulo post: De honing kwam byna in alle sausen, en men zegt, dat men zig tegenwoordig in Palestina daar veel van bedient, om dat dezelve aldaar zeer gemeen is.* Ast, ut verum fatear, minime detegere potui, quo fundamento eruditissimi Abbatis assertio nitatur, conjeci tandem, viro eruditissimo ob oculos versatos fuisse mores, quos Judaei describunt in comestione agni paschalis observatos fuisse. Nonnulli enim Rab-
bini mentionem faciunt de pulmento quodam **קרוסת** dicto, cujus confectionem ita describit MAIMON. (2) *sumebant dactylos aut ficus arefactas vel uvulas pas-
sulas & similia & conculcabant ea, acetoque perfun-
debant, & condimentis condiebant vel permiscebant
& sic vespere paschatis mensae apponebant.* Verum si ad hoc pulmentum respexit Calmetus, videtur lubri-
co

(1) *Outbed. van 't O. Verbond, T. IV. Diss. I. p. 7.*

(2) *In Hilbot chamez umazza. C. VII. II.*

co fundamento ejus niti adfertio; nam unde patet, hoc pulmentum a V. Hebraeis usitatum, & non ferrioris inventionis fuisse? Si vero Judaei audiendi essent, possem asserere, embamma ex intybis, lactucis agrestibus & aceto confectum locum bellariorum apud V. Hebraeos tenuisse, & quidem longe majori specie; nam de agno paschali *Exod. XII. 8.* dicitur אכלוהו על מרורים quod Belgae verterunt una cum LUTHERO *zy zullen het met bittere sausen eeten*, licet forsan nimis late, potius *cum amaritudinibus comedent illud* (1). Provocare quoque possemus ad *Matth. XXVI. 23.* & *Marc. XIV. 20.* e quibus locis patet in ultima *CHRISTI* coena paschali adfuisse *τροβλιον*, saepissime acetabulum significans (2). Sed licet cum agno paschali embamma ex herbis amaris junxerint V. Hebraei, quis quaeso, nos docebit, istiusmodi amaritudines aliis temporibus carni assatae junctas fuisse? Nam neque e f. Codice hoc elici potest, neque apud Arabes, quantum scio, in more est, carnem assatam cum herbis amaris aut embammate ex iis confecto comedere.

X V I.

Nullam mentionem hactenus fecimus de modo quo V. Hebraei carnem bubulam assarunt. Sed, ut verum fa-

(1) Confer J. G. CARPZOV. *Not. ad GOODW.* p. 402.

(2) Multa exempla collegit Cl. LAKEMACHER. *Obs. Philol. P. V. Obs. 5. p. 248.*

fatear, tam exigua ejus rei in S. Codice vestigia reperiuntur, ut non nisi divinando & per conjecturam eum assequi possimus. Duo tamen mihi occurrerunt loca, e quibus hoc tanquam per nebulam mihi animadvertisse videor, quod vel veru per frustra transmissio id fecerint, vel frustis aut segmentis prunis impositis. Unus horum extat 1 Reg. XIX. 21. ubi Elisa secuturus Eliam, dicitur *par boum maetasse* & ככלי הבקר *instrumento boum coxisse illorum carnem*. Interpretes, quos vidi, hic de aratro cogitant, vel intelligunt vas proprie dictum, vel ahenum in quo caro bubula fuerit cocta. Sed etiamsi verbum בשל frequenter *coquere vel elixare* designet, sunt tamen loca, in quibus pro omni praeparatione carnis ad esum accipitur, nec desunt, in quibus notat *assare* (1). Deinde ככלי הבקר non potest esse aratrum, vel instrumentum rusticum, quo fiebat aratio, quia ex paucis ligno constabat, ut vix tanti fuisse videatur illud ad coquendos duos boves adhibere. Neque etiam vas proprie dictum vel ahenum denotat, quod usum nullum apud boves habuisset, nec a bobus magis dici potuit, quam ab asinis, vel aliis jumentis. Existimo itaque hic innui illud instrumentum, quod alio nomine מלמר הבקר audit & proprie *stimulus est cuspide ferreo*, דרבן instructus Jud. III. 31. 1 Sam. XIII. 21. (2).
Hunc

(1) Vid. supra §. IX.

(2) Confer: BOCHART. Hieroz. P. I. Lib. II. C. 39. PAULSEN Akkerbouw, C. IV. §. 31. & SCHOETGENII Diff. de Stimul. Boum adjecta ejus Antiq. Tritur.

Hunc stimulum sic adhibuisse Elisam antumo, ut frustra carnis eo, tanquam veru, transfixerit & ad ignem affaverit. Alter locus extat *JES. XLIV. 19.* ubi dicitur: *Etiam coxi super carbones panem, affavi carnem & comedi.* Quia *super carbones* procul dubio ex antecedentibus repetendum est, quo me invitant verba vs. 16., sequi videtur, ut etiam de affatione carnis super prunas vel carbones instituta hic cogitemus. Quomodo vero ea instituta sit, an mediante craticula, an alio instrumento, in dubio relinquimus, nec nostrum est definire,

X V I I.

Non desunt, qui existimant animalia superius memorata apud Hebraeos non solum elixata & affata fuisse, sed etiam obtinuisse apud eos istud genus praeparationis, quod Galli *ragoux* vocant. Doctissimus CALMETUS hoc concludit ex *Gen. XXVII, 9.*, ubi Rebecca duos hoedos Isaaco sic praeparasse legitur, ut carnem ferinam vel *pulpamentum ferinum* (1) referrent. Sed impetrare a me non possum, ut hoc ex eo loco eliciam. Sufficit, idem ope alicujus embamatis vel condimenti fieri potuisse, quod acoem in carne affata vel cocta causaretur, vel ipsi talem saporrem conciliaret, quo Isaacus maximopere delectabatur.

(1) Vid. *A. SCHULT.* ad *Prov. XXIII. 3.*

tur. Nec opus est, ut existimemus Rebeccam solummodo partes aliquas, vel optimas hoedorum praeparasse (1), cum quia ejus rei nihil in contextu legitur, tum quia in causa hac gravissima, ubi de impetranda benedictione divina Patriarchae agebatur, usus videtur postulasse, ut in signum honoris & reverentiae, quam filius patri debebat, duo hoedi ex aequo pararentur. Est enim res notissima, apud V. Hebraeos, uti & alios populos, praegrandem ciborum portionem existimationis & amoris signum haberi. Hinc, ut alia taceam, Josephus de mensa sua singulis fratribus portiones misit, atque in signum tenerrimi affectus, in portionibus dividendis effecit, ut pars Benjamini excederet reliquorum partes. Ad hunc veterum morem ex mente RIVETI allusisse videtur Salvator, cum his verbis uteretur: *Maria eligit ἀγαθὴν μερίδα* (2). Quando autem observamus, praegrandem ciborum portionem existimationis apud veteres signum fuisse, alia nobis incidit conjectura, quam verbulo proponere animus est. Conjicio nempe, Isaac duos hoedos esse praepositos, ut si forsan ex more Orientalium juberet, ut portiones dome-

(1) Vid. Doct. *ANGLOS ad h. l.*

(2) In eadem sententia versatur *BUXTORF.* in diss. *de conviviis V. Hebr.* quae dissertatio inserta est *Theaur. Ant. Hebr. Cel. UGOLINI T. XXX.* vide p. 1103. addatur Doctiff. *BORREMANSII Var. Lect. p. 153.* Alii tamen alias de hoc loco conjecturas fovent. Vide *WOLF. Cur. Phil. ad h. l.*

mesticis suis darentur, ciborum copia non deesset. Apud Arabes enim haud insolens est, aliis ciborum portiones distribuere (1), imo hinc forsitan est, quod in Oriente mos est inmensam ciborum copiam apponere. Ad hoc probandum locus insignis est, qui occurrit in Itinerario Doctif. HASSELQUISTI (2) Narrat nempe accuratissimus periegeta, sibi & quinque itineris sui comitibus haec apposita fuisse. *Na een uurtje vertoevens, inquit, was onze maaltijd vaardig, die naar des lands gebruik zonder veel omstandigheden was toegericht. Onze Huiswaard had twee jonge bokjes laten slagten. In het sop, dat daar van was afgekookt, wert een menigte tarwe brood tot eene bry gezoden, en daar mede twee schotelen gevuld, van zulk eene groote, dat tot ieder twee menschen vereischt werden omze te dragen. In 't midden van dit broodsop was gekookte ryst, en om 't brood in 't ronde lag 't vleesch, dat in stukken gesneden was, de vloer was onze tafel, eene bieze mat ons tafellaken, de bolle hand diende tot een lepel, de vingers tot mesen en vorken.*

(1) Vide HEIMANNI Itiner. T. II. p. 34.

(2) Confer. Schediasma ex ipsius itinerario in linguam Belgicam conversum & insertum libro, cui titulus: *De Uitgezogte Verhandelingen.* T. IX. p. 454.

XVIII.

Succedunt jam aves, deque illarum praeparatione in cibum apud Judaeos nobis dicendum est. Verum hic ignorantiam meam profiteor: cum ex S. Codice nihil in hanc rem elici possit, neque quod sciam, alibi quam *Nehem. V. 18.* eo nomine memorentur, quod in cibum sint conversae. Judaei quidam, quos nonnulli Interpretes secuti sunt, interque hos nostri Belgae, existimant in cibariis Salomonis etiam aves saginatas fuisse, quia legimus *1 Reg. IV. 23.* de כַּרְנוֹרִים אֲנוּסִים, id est, ex eorum sententia, *avibus saginatis*. Verum hanc versionem minus recte se habere ostendit BO-CHARTUS (1) docens, probe saginata & farta intelligi, & quidem non in agro vel campo, sed in stabulo vel ad praesepe, unde & *Nehem. I. 1.* כַּרְנוֹת ad oves transfertur. Neque firmiore talo nituntur, quae docet Erudit. NORELIUS (2) affirmans, columbas altaribus non solum, verum & V. Hebraeorum mensis admotas fuisse, neminemque hoc inficias iturum, qui eas *Matth. XXI. 12. Marc. XI. 15. Job. II. 16.* in ipso Templo Hierosolymitano venales prostitisse legerit. Nam, ne dicam columbas non tanto nume-

(1) *Hieroz. P. II. Lib. I. C. XVI. p. 112. & C. XIX. p. 127. seqq.* addatur & *W. FRANZII Hist. Anim. continuat: P. II. C. X. §. XXX. p. 1057.*

(2) In *Diatrib. de Avibus esu licitis* (Upsal. 1746.) p. 57.

mero in templo venales prostitisse, ex his locis tantum concludi potest, Christi aetate in more apud Judaeos fuisse in templo, compendii causa, emere columbas, quae offerendae erant, quod & confirmat MAIMONIDES (1). Neque rectius provocat Vir Doct. ad celebratissimum in historia passionis J. C. gallicinium, ut probet V. Judaeos gallinaceam carnem cibis suis annumerasse (2). Unde enim, quaeso, patet, gallum hunc a Judaeo fuisse altum? Nonne verisimile est, Romanos Hierosolymis habitantes, victus vel auspicio causa gallos aluisse (3). Quod si autem rationem quis roget, cur in S. Codice vix vestigia reperiantur, V. Hebraeos aves comedisse, respondemus eos, cum animalibus domesticis quadrupedi-

(1) Iu. Tract. de Vasis Sanctuarii C. 7. §. 9., docente BOCHARTO Hier. P. II. Lib. I. C. V. p. 26, 27.

(2) Conf. l. c. p. 80.

(3) Confer RELANDI Orat. de Galli cantu Hierosolymis audito. p. 23. Notissimum est, de gallicinio memorato difficultatem moveri ab illis, qui inter fabulas non recensent Judaeorum traditionem, secundum quam per loci sanctitatem Hebraei non consueverunt gallos Hierosolymis alere, hac enim admitta, concludunt vocem gallorum ibi audiri non potuisse. Sed huic objectioni vario modo responsum est. Vide praeter RELANDI Or. 1. & auctores excitatos a WOLFIO in Cur. Pbilol. ad h. l. plerosque Commentatores historiae passionis J. C., quibus addi possunt EWALDI Embl. Sac. T. II. Ex IV. p. 376. seqq. & BOCHARTI Hier. P. II. Lib. I. C. XVII. p. 119.

dibus abundarent, aves minus curasse. Quin imo Palaestinam avium copia abundasse nusquam legimus, si solas columbas excipiamus agrestes, quae in fossis vallibusque & in fissuris petrarum ac montibus Palaestinae nidulabantur (1); quas vero nullibi legimus in cibum adhibitas fuisse. Nolim tamen quis existimet, me hujus esse sententiae, ac si V. Hebraei plane ab avibus abstinerint, cum contrarium ejus probetur ex *NEHEMIAE* l. l., ut taceam Deum Israelitis omnium avium species, nonnullis tantum exceptis, in cibum concessisse variasque de illis tulisse leges. Addimus, quod hoc aliquo modo pateat ex verbis Christi *Matth. X. 29.* *ουχι δυο σρουθια ασσαρις πωλειται:* unde conjicit erudit. NORELIUS, passerulos in Judaea matribusfamilias venales exhibitos fuisse, ut in culina ad esum praepararentur; qua in sententia Virum Doctissimum jam praeivit summus BOCHARTUS (2). Sed haec sufficiant dicta de esu
avium

(1) Vide *Jerem. XLVIII. 28. Ezech. VII. 16. & Cant. II. 14.*

(2) Ille enim ex collatione loci *ARISTOPHANIS* cum *Luc. XII. 6.* colligit, Athenis aëvo Aristophanis passeres aliquanto fuisse viliores annonam, quam in Judaea Christi aetate. Vide ejus *Hieroz. P. II. Lib. I. C. XXIII. p. 158.* Vix enim attentionem meretur conjectura *D'ESPAGNE*, qui putat, passerulis duobus, qui hic memorantur, respici ad duos illos passeres, qui in purgatione leprosi adhibendi erant, ita ut alter quidem mactaretur, alter in libertatem dimitteretur, non sine providentiae divinae directione. Rectissime observat

avium, ne tamen quod ad praeparationem adtinet, plane *ἀσμβολος* ex hoc loco recedam, lubet paucis docere quomodo aves praeparantur apud Orientales. Quod ad affationem attinet, quomodo illam peregerint, patet ex relatione ARVIOSII supra citati (1), imo hic cum Arabibus faciunt Turcae, ut annotat TAVERNIER (2) haec narrans: *Men spreekt in de keuken der Turken van geen spit, dan voor eenig gevogelte, 't welk zy zoo kwalyk toemaken, dat het, als 't opgedist word, zyne geheele gestalte verliest, en dat men naauwlyks 't hoofd van de voeten kan onderscheiden.* Cum vero aves elixant, illas antea in varias partes dissecare soliti sunt, uti idem ARVIOSIUS (3) annotat, dicens: *Ils coupent la viande dont ils veulent faire du potage par petites pieces: ils en font quatre d'un poulet, six ou huit d'une poule, & les font bouillir dans une chaudiere: ils mélent un peu de ris, de farine & du persil dans le bouillon & ils versent le tout dans une grande gamelle, c'est leur potage, qu'ils appellent en leur langue CHORBA.*

WOLFIUS in *Cur. ad h. l.* ista subtilius excogitata videri. Possumus addere, vix credibile esse, **פּוֹרֵי** in purgatione leprosi adhibendos, passeris fuisse, vide BOCHART. l. c. C. XXII. p. 151.

(1) Conf. p. 28.

(2) *Beschryv. van 't Serail* l. c.

(3) l. c. p. 199.

XIX.

Silentio praeterire non licet locustas. Harum species mundas vulgo octo recensent Hebraei (1). Moses quatuor classes numeravit *Lev. XI. 22.* Dubitant eruditi, num in S. Codice extent exempla V. Hebraeorum, qui illas comederint. Quod enim ad *אֲרָבִים* adinet, quae in cibum fuerunt Joanni Baptistae, eas locustas fuisse, alii quidem probare conantur, alii vero negant (2). Nec meliorem fortunam experta est conjectura J. LUDOLFI (3) existimantis *אֲרָבִים*, quorum mentio fit *Exod. XVII. 13., & Num. XI. 31, 32.* ad quam pertinuisse locustarum classem; nam varii viri docti se LUDOLFO opposuerunt, di-

(1) Octingentas species dari fingunt Gemaristae Hierosolymitani, uti annotat Cel. *LIGTFOOT in Hor. Hebr. & Talm. p. 436.* Sed hoc descriptoris Thalmudici sphaema esse suspicamus, cum octo communiter ab Hebraeis recenseri soleant. Conf. *HOTTINGER de Jurib. Hebr. leg. 51. p. 207.*

(2) Notiora haec sunt, quam ut hic aliquos auctores allegem, cum illorum nominibus totam quidem paginam facile implere possem, attamen si qui sunt, qui in brevi tabella multa de hoc Joannis cibo legere velint, adeant *WOLFII Cur. Phil. ad Matth. III. 4.*

(3) Vide *J. LUDOLFI Comment. ad Hist. Aethiop. Lib. I. C. XIII. p. 168. seqq.* Cujus in Append. singularis extat de locustis dissertatio.

diversas tamen de *selavim* opiniones foventes (1). Haud necesse duco, horum aut illorum vestigia premere, cum mihi Praeceptorum de me optime meritorum exempla sequenti rem in medio relinquere placet (2). Quod autem locustas comederint V. Hebraei

(1) Nota est BOCHARTI conjectura, qui existimat fuisse coturnices. Vide ejus *Hieroz. P. II. Lib. C. XV. p. 96. & seqq.* Eandem sententiam amplexi sunt Cel. J. MARCK. in *Exerc. Bibl. p. 198.* & Cl. BUDDEUS in *Hist. Eccl. N. T. P. I. p. 472. seqq.* Ex professo sententiam Cl. LUDOLFI examinavit J. B. HAHN. in *pec. diss. de שליים (Regiom. 1712.)* & Cl. RUDBECKIUS in *Jchtyolog. Bibl. P. I.*, existimans *salavim* fuisse pisces volatiles. Hanc sententiam quoque amplectitur Celeberrimus J. D. MICHAELIS in *Syntagm. Comm. P. II. p. 104.* ubi Vir acutiss. sententiam Rev. S. R. RATHLEFII, qui conjecit *Selavim* fuisse *Seleucides* quamque proposuit in appendice *Acridotheologiae*, refutat. Attamen Cl. MICHAELIS l. c. p. 116. fatetur, se inter coturnices & pisces volantes ambigere.

(2) Hos inter Celeberrimus WESSELINGIUS, decus hujus seculi, cum docet multa e S. Codice V. T. in lexicon suum transcripsisse *HESTCHIUM*, provocat ad vocabulum Ἀκρίων, Ποιον. & ad hanc vocem ita scribit: *Vitium his inolevisse quis dubitet? Opinabor fuisse olim Ἀκρίς, Ποα & eorum obiter sententiam explicari, qui Joannem, herbas, non locustas esitasse volebant—* Vide praeterea Isidor. *Pelus & veterum hanc opinionem tenebis. Quod si tamen Cl. SALMASII conjecturam huic praeponendam censueris, tuo id fiat arbitrato. Conf. Probab. Cap. XXXII. p. 282.—* Quod attinet ad *Selavim*, Cl. SAXIUS, quem quoque praectorem salutare mihi licuit, in *Quaest. Litter. p. 9. Quaest. LVI.* haec habet: per שליים coturnices an locustae intelligi debeant, incertum est.

braei non est improbable. Nam de locustis disertata lex extat in *Levitico*, uti supra animadvertum (1). Probarunt quoque viri eruditi, multis scriptorum veterum testimoniis, edules fuisse aliquas locustarum species non solum in Judaea, quod & Rabbini testantur, sed & in aliis regionibus, praesertim tamen in Graecia & opposita Asia; imo hodiernum in Oriente illas in cibum adhiberi cui non constat? cum vix ullus periegetarum, illarum mentionem facere praetermiserit. Non me fugit de locustis haec annotari in libro, cui titulus: *Memoires tirés de lettres édifiantes* T. III. p. 127. *Ces sauterelles sont de la largeur & de l'épaisseur d'un pouce, d'un couleur un peu jaunatre. M. Turetiere prétend, que les Orientaux en mangent; mais un voyageur très exact a remarquer ce qu'il y a de curieux dans les divers pays, qu'il a parcourus, m'a assuré qu'on n'en mange*
ni

(1) §. IV. p. 11. Haud me latet, erudit. NORELIIUM in diatr. de avib. esu licit. omnem operam impendisse, ut probet *Levit. XI. 20. & seqq.* de locustis sermonem non fieri, existimat nempe haecce commata ita reddenda esse: *Quaelibet aves foecundae, quadrifidis gradientes pedibus, vobis abominatio sunt. Hae tamen ex quibuslibet quadrifidis pedibus gradientibus avibus editote, queis infra pedes non sunt unci digiti, quibus in terra discerpant. Ex hujusmodi avibus editote columbam & ejus speciem, anserem & ejus speciem, gallum & ejus speciem, & passerem & ejus speciem. Caeterae omnes foecundae aves, queis quadrifidi pedes, vobis abominabiles sunt.* Ingeniosa licet haec sit explicatio nec inerudita, ipsam tamen probare minime possum. Quamplurimis enim difficultatibus laborat, quae tamen hic enumerare dissertationis hujus limites haud permittunt.

ni en Perse, ni en Armenie, ni dans les Etats du Grand Seigneur, que, excepté en Arabie, cette nourriture n'est en usage nulle part. Sed impetrare a me non possum, ut ea propter priorem sententiam deferam; nam huic periegetae omnes alii fere uno ore obloquuntur; atque facile accidere potuit, ut ille visitaverit Orientem eo tempore, quo nondum adveniant locustae; nam non per totum annum illas advenire aut comedi, sed certo anni tempore, ex Itinerariis concludi potest. His praemissis verbulo de locustarum praeparatione agere instituti ratio postulat. Non constat, locustas omnino crudas ab aliquo populo comestas fuisse, verum videntur semper, priusquam ederentur, arte aliqua coquinaria paratae fuisse; imo, si illos, qui Orientem visitarunt, consulamus, patet, locustas vel ad ignem coqui, vel assari, aut ad solem arefactas, vel fumo & sale duratas seu conditas edi. Periegetarum loca adscribere animus erat, verum, cum animadvertam Doctiss. E. L. RATHLEFIUM pleraque collegisse, otium hic nobis fecit Vir Rever. quare cum nostrae annotationes in spongiam incumbant, lectores ad RATHLEFII labores remittimus (1).

(1) Vide ejus Acrido-Theologiam, quae vernacule quoque versa, prodiit sub titulo: *Hist. en Godgel. Verhandel. over de Sprinkbanen.* (Amstel. 1750.)

Devenimus tandem ad pisces, quorum magno numero aquae Palestinae scatebant (1), quod mirum videri nemini potest, qui causas hujus abundantiae consideraverit (2). Attamen inter hujus regionis aquas praeter ceteris excelluisse videtur mare כנרת, seu θαλασσα της Τιβεριδος, hic enim lacus celebris est piscium foecunditate, quippe de quo JOSEPHUS (3) observat, quod cum lacus *Asphaltites άγονος* fuerit, nullosque habuerit pisces, hic e contrario fuerit γονιμος, & piscibus foecundissimus. Testantur idem varia exempla in Euangeliiis reperiunda discipulorum, in hoc lacu piscantium, & apostolorum, qui, ut ait HIERONYMUS (4), *de piscatione lacus Genezareth ad piscationem hominum transiverunt*: unde & urbes maritimae velut *Bethsaida, Capernaum* aliaeque piscatoriis erant repletae. Non praetereundum quoque est mare mediterraneum, cui adiacebat *Tyrus*, cujus incolae, NEHEMIAE tempore, pisces venales Hierosolymas attulerunt (5), & cui urbi vicina erat *Sidon*, quae a piscium ubertate nomen accepisse vide-

(1) Conf. Clar. BACHENE H. Geogr. T. I. p. 285. & Cel. A. VOGET in Orat. de Natalibus ad aram Jehovae non factis. p. 24 & seqq.

(2) Has annotavit RANAUW in 't Natuur en Konstkabinet T. IV. p. 262.

(3) De Bell. Judaic. Lib. V. C. IV.

(4) Epist. IV. ad Rusticum. (5) Neh. XIII. 16.

detur, docente JUSTINO (1), imo piscibus mare mediterraneum abundabat (2). Verum enim vero, licet piscium copiam V. Hebraeis haud defuisse, & pisces ipsis in cibum fuisse facile probari possit, parum tamen de illorum praeparatione e S. Codice potest elici. Hoc constat, Judaeos pisces assatos comedisse, velut *Joan.* XXI. 9. TH. BEZA existimat, *ἰχθυία*, de quibus mentio fit *Matth.* XIV. 17. & *Marc.* VI. 36. fuisse pisces assatos, quia a *Joanne* Cap. VI. 9. vocantur *ἰψαρία*, quod vocabulum deducit *παρα τὰ ἰκταί*, ab assatione (3). Notum est, apud nonnullos populos antiquitus in more fuisse, piscibus assis, oleum, garum, imo & parum vini adjicere (4), verum Hebraeos istiusmodi condimenta adhibuisse non constat. Ex *Joannis* Cap. XXI. discimus, Judaeos cum piscibus

(1) *Hist. Lib. XVIII. C. 3.* Confer. BOCHART. in *Phaleg.* Lib. IV. C. xxxv. p. 320. & Cl. RELAND. *Palest.* T. II. p. 1010. Adeatur & Cl. SCHROEDER. de *Vestit. Mulier.* p. 343, ubi illorum sententiam refutat, qui *Sidon* a Graecorum *σιδων* nomen accepisse existimant.

(2) Vid. Cl. BACHIENE H. *Geogr.* T. I. p. 77.

(3) In *Comm. ad Job.* l. c. Alii tamen alias fovent conjecturas. E. g. LAURENTIUS de *natalit. & conviv.* C. II. hoc vocabulum derivat ab *ἰψε* sero, quia delicatis cibis sero homines sint usi, vel quia in coenam pararetur obsonium, non vero in prandium. Vide *Tbesaur. Gronov.* T. VII. p. 1439. BOISIUS *Collat.* p. 298 ex ATHENAEO docet, pisces ita nominari, quia inter *τα ἰψα* eminent. Vide quoque de hac voce auct. citat. a WOLFIO ad h. l., quibus addatur *ΚΥΡΚΕ* *Obs. S. T. I.* p. 368.

(4) Vide NONNII de *re cibar.* Lib. III. C. xv. p. 323.

bus panem comedisse, atque ex *Luc. XXIV. 42.* elici potest, piscium condimentum fuisse *μελισσιον κηριω*. Sunt Viri docti, qui existimant, V. Hebraeos piscibus allia & cepas addidisse, idque concludunt ex *Num. XI. 5.* Quod ad me attinet, negare minime audeo, allium apud V. Hebraeos piscium condimentum fuisse, cum & adhuc allium apud Orientales in deliciis reputetur. (1), Olim a Romanis, piscibus additum fuisse patet ex verbis APICII COELII (2). *Pisces quaslibet, inquit, rades & curatos mittes, cepas siccas Ascalonias vel alterius generis concides in patinam & pisces super impones.* Nolim tamen ex loco *Num.* allato concludere, etiam V. Hebraeos allia, ut piscium condimentum adhibuisse, Israëlitae enim rebelles, nisi me omnia fallunt, hic varios & gratissimos cibos, quos in Aegypto comedere soliti erant, enumerant. Quod si etiam haec procederet argumentatio, a conjunctione allii cum piscibus desumpta, pepones & melones quoque piscium condimenta fuisse, eadem opera probari posset.

(1) Conf. de BRUIN *Itiner. cit.* p. 134. verba hujus periegetae hic merentur adscribi. Ita narrat: *Zy hebben een zekere manier van offenoleesch te braden, die het wonderlyk lekker maakt. 't Vleesch wordt in kleine stukken gesneden, en alzooy aan een spitje geregen, tusschen ieder stukje een schryfujen, doch men moet dit vande ujen dezer landen zeggen, datze zonder vergelyking aangenaamer van smaak zyn, als de onze. De Grieken gebruikenze tot een naspys, gelyk by ons boter en kaas.*

(2) *De Arte Coquin. Lib. IV. C. II.*

X X I.

Vidimus V. Hebraeos pisces affasse, verum quaeri potest, an non aliis modis ipsos in cibum praepararint. Rabbinus testantur, Judaeos pisces salitos valde amasse, adeo ut si hujusmodi pisces apponerentur cum panibus, vocarentur prandii fundamentum, panis autem adjunctum prandii: imo si saliti non adessent in prandio, non dicebantur satiari, qui aderant (1). Memorabilis est adsertio Rever. COVELII (2): dicit Vir eruditus, *Ces poissons, étoient sans doute marinez, ou cuits sur le gril, ou fricassez à l'huile; & on les conservoit secs, comme cela se pratique encore en Turquie.* Verum est, populos Orientales pisces ficcare; TAVERNERIUS enim illos, qui inter *Balsoram & Sandi* habitant, pisces ficcatis comedere cum dactylis annotat (3). Nescio tamen, unde probari possit, V. Hebraeis usitatum fuisse pisces ficcare, cum hujus moris vestigia, quantum scio, in S. litteris non detegantur, uti etiam de piscibus salitis nullibi mentio fit; licet pisces sale condire apud Veteres haud incognitum & in-

(1) Conf. *Aruch.* fol. 31. col. 3.

(2) In libro, cui titulus *Some Account of the present Greek Church &c.* vide *Memoir. Literair.* de la Grand Bret. T. IX. p. 150.

(3) Vide *Itin. cit.* Lib. II. C. VIII, p. 180.

& inusitatum erat, praesertim apud Aegyptios (1), a quibus hanc salendi artem discere poterant V. Hebraei. STEH. MENOCHIUS contendit, credibile esse, Orientis populos & V. Hebraeos carnes & pisces fumo durare solitos fuisse, atque ex hoc modo, non incommode explicari posse verba Dei ad *JOBUM* Cap. XL. 29. *Concident eum amici? dividend eum negotiatores* (2)? Sed num illa verba probent, quod probare debent, valde dubito. Sed audiamus virum eruditiss. *Cum vastae, inquit, magnitudinis pisces ex caetorum praesertim genere capiuntur, solent piscatores, praesertim si viri nobiles sint, qui voluptatem potius piscatu quaerunt, quam compendium aliquod, ingenti illa praeda potiti, piscis in frustra dissecti partes ad amicos mittere, partes vero, quae supersunt, hujusmodi rerum institoribus relinquere, qui aut recentes distrabunt, aut sale inspersas muriaque conditas ligneis cadis recondunt, & in alias regiones, quae pisce carent, cum lucro dividendas transmittunt: ro dividend eum negotiatores, in Hebraeo est: Partientur Chananai mercatores. Ex quo habetur, in Chananitidem etiam & Palestinam, quam Hebraei incolebant, has merces importari solitas. Provocat quoque ad *Psal. XXIV. 14. Tu confregisti capita Draconis, dedisti eum escam populis Aethiopum.* Facile est observare in hisce locis, neque de duratione per fumum, neque de salitione quidquam haberi. Nam si quid video,*

(1) Vide loca Veterum, quae hoc probant; allegata à F. S. de SCHMIDT *Opusc.* p. 325.

(2) Conf. ejus *Comm. de Republ. Hebr. Lib. VI. C. 1.* p. 490. 91.

deo, ex illis tantum concludi potest, olim in more fuisse pisces captos dissecare, deinde a negotiatoribus dividendi solitos fuisse.

X X I I.

Haec de praeparatione piscium dicta sufficiant. Labet tamen unam alteramve observationem haud prorsus incongruam coronidis loco adspargere. Prima est, Judaeos etiam mane pisces comedisse, hoc enim quam clarissime intelligitur ex *Joan.* XXI. 9. collato vs. 4. Neque objici debet vs. 12., ubi Christus dicit, *Δευτε ἀπίσῃσθατε*: nam a GROTIO ad h. l. ex HOMERO observatum est, *ἀπίσων* etiam dici cibum, qui mane sumitur. E loco HESYCHII hoc etiam probavit P. KEUCHENIUS (1). Altera est Doct. COVELIUM l. c. animadvertisse, Judaeis in more fuisse, panes non solum, verum etiam pisces frangere. Concludit id Vir doct. ex *Luc.* IX. 16. XXIV. 42 & *Joan.* XXI. 9. Labet quoque huc referre verba FLEURII ita scribentis: *Quamvis piscium esus Hebraeis haud illicitus esset, non video tamen ejus mentionem fieri nisi postremis temporibus. Creduntur Veteres contemptui habuisse pisces, quippe qui levior & delicatior essent cibus viris robustis. Ideoque nulla ejus mentio apud Homerum, nec ubi apud Graecos agitur de temporibus*

(1) *Annot. in N. T. libros.* p. 256.

temporibus Homericis (1). PLATO (2) jam observavit HOMERUM, suis Heroibus pisces non appo-
fuisse, etsi ad Hellespontum castra haberent. Attamen
focii Ulyssis dicuntur piscati (3), & exinde aliquo modo
videtur posse concludi, piscium esum, his temporibus,
haud prorsus insuetum fuisse; verum cum inter anti-
quos jam disputatum fuit, utrum id more consueto
an extrema fame coacti fecerint, illum locum pre-
mere non audeo (4): ne dicam in hanc rem accurate
inquirere hujus non loci esse. Nostro instituto conve-
nientius videtur verbulo monere, rationem quae, pis-
cium abstinentiam causata est, non fuisse contemptum
illorum, tanquam cibi levioris & delicatioris, apud
viros robustos, saltem non apud Hebraeos. Nam li-
cet negari haud potest apud illos, post ipsorum ex Ae-
gypto egressum longo temporis intervallo de piscium
etu nullam mentionem fieri, praecipua tamen hujus ab-
stinentiae causa videtur fuisse, quod V. Hebraei maxime
vitae pastoritiae dediti, pisces minus curarint aut artis
piscandi, quemadmodum & navigandi non admodum
periti fuerint. Cum vero in hoc capite conscribendo
jam nimis terminos, quos mihi posueram, supergressus
fuerim, haec accuratius proponere & explicare non licet.

(1) De *Morib. Israëlit.* C. XII. edit. belg. p. 84.

(2) De *Republ.* Lib. III. *Opp.* T. II. p. 404.

(3) Vide *Odyss.* XII. vs. 330. *seq.*

(4) PLUTARCHUS in *Sympos.*, Lib. VIII. p. 28. posterius
statuit, cum contra ATHENAEUS *Deipnos.* Lib. I. p. 1325.
illos ex more ordinario hoc factitasse existimet. Conf. FEITH.
Ant. Hom. Lib. III. C. I. p. 272 & LAURENT. in *Thes.*
Gron. T. IX. p. 320.

C A P U T I I.

De Lacticiniis.

§. I.

Non solum hodie Arabes (1) aliique populi Orientales (2) lacte delectantur, verum etiam multae gentes ex antiquis lacte ferme solo victitarunt, ut ATHENAEUS auctor est, inquiring: πολλὰ δειδὴν γαλακτοποτρῆντα ζῆ. *Multae gentes lactis potu vitam tolerant* (3). De Germanis haec narrat TACITUS (4): *Cibi simplices, agrestia poma, recens fera aut lac concretum: sine apparatu, sine blanditiis expellunt famem.* Et CAESAR (5), *Agriculturae non student majorque pars victus eorum lacte, & caseo, & carne consistit.* De Numidis idem perhibet SALUSTIUS (6), & quis nescit, *Hip-*

(1) Inter cibum Arabum quotidianum lac numeratur a periegetis. vide DAPPER *Beschr. van Arabie.* p. 153. & HEIMAN *Reizen* T. I. p. 315. Neque obliviscendus est COTOVICUS. Ille enim *Itiner.* p. 393. de Arabibus haec annotat: *In fugam acti se in intima deserta recipiunt, ubi lacte camelorum se nutriunt, pelluntque famem ac sitim.*

(2) V. *Voyage de CARPIN en Tart.* p. 12. & DAPPER *Beschr. der Afric. Gewest.* p. 686.

(3) Lib. II. *Deipnosoph.* p. 46.

(4) De *Morib. German.* C. XXIII.

(5) De *Bello Gallic.* Lib. VI. C. XXII.

(6) De *Bello Jugurt.* C. LXXXIX.

Hippomolgos, γαλακτοφαγος ab HOMERO vocari (1). Quod autem Hebraei cibos lacteos maximi aestimaverint, qui sacris litteris fidem habet, dubitare non potest, cum Palaestina tanquam *terra lacte & melle fluens* in illis passim celebretur. Licet enim haut diffitear, phrasi illa describi regionem, quae ob pascuorum, florumque omnis generis abundantiam ac foecunditatem suam, ingentem armenti, pecorisque copiam alit, innumeraque apum examina fovet; peculiaris tamen ratio fuisse videtur, quod terra mellis & lactis, & non apum & armenti, vel armentorum & florum vocetur. Et haec ratio, ni fallor, nulla alia est, quam quod lac & mel inter maxime aestimatos V. Hebraeorum cibos fuerunt numerata. Hinc cum Jacobus moribundus, filio Judae praediceret, ipsius terram inter alia pascuis & armento abundaturam, ob eandem causam dicit: *dentibus album fore Judam* propter lactis ubertatem (2). Sed quid opus est, ex hisce phrasibus concludere V. Hebraeos lacticiniis delectatos fuisse, cum perplura in S. Codice extent loca, quae hoc probant; sed horum mentionem facere non opus est, cum ubique in hujus capituli pertractatione, de illis differere instituti ratio requirat.

(1) *Iliad.* XIII. vs. 6. Confer FEITH. *Ant. Hom.* Lib. III. C. I. §. VI.

(2) *Gen.* XLIX. 12.

(1) *in* *etymol. voce* *butyrum*.
 Licet hodie apud plerosque, saltem Europae populos, inter cibos lacteos primum locum butyrum tenet, hujus tamen conficiendi ratio antiquis incognita, saltem non in usum adhibita videtur. Butyri rem nomenque diu ignorarunt veteres. E Graecis DIOSCORIDEM, e Latinis PLINIUM primum ejus meminisse, conjecit VOSSIUS (1). Quod ad PLINIUM attinet, hujus verba hic annotasse, non inutile duco. *E lacte, inquit, fit & butyrum, barbararum gentium laudatissimus cibus, & qui divites a plebe discernat. Plurimum e bubulo, & inde nomen, pinguiissimum ex ovibus. Fit & ex caprino: sed hyeme calefacto lacte; aestate expresso tantum, crebro jaectatu in longis vasis, angusto foramine spiritum accipientibus sub ipso ore, alias praeligato. Additur paululum aquae, ut acescat. Quod est maxime coactum, in summo fluitat, id exemptum addito sale, butyrum est oleosum natura. Reliqua decoquunt in ollis, ibi quod supernatat, oxygala appellant* (2). Non constat inter eruditos, quinam populi per barbaras nationes intelligendi sint. CLUVERIUS hac denominatione indicari Germanos existi-

(1) V. ejus *Etymol.* voce *butyrum*.

(2) *Hist. Nat.* L. XXVIII. C. 9. Secutus sum emendationem virorum doctorum; nam in PLINII textu ita legitur: *quod est maxime coactum, in summo fluitat, id exemptum addito sale oxygala appellant. Reliqua decoquantur in ollis, ibi quod supernatat, butyrum est, oleosum natura.*

stimat (1). H. MAJUS per barbaras nationes hic innui V. Hebraeos, putat; (2) sed nullum, ad suam conjecturam stabiliendam, adducit argumentum, quod mirum videri non debet, cum adhuc a nemine probatum sit, a V. Hebraeis butyrum confectum fuisse. Vulgaris quidem fabula fert, jam antiquissimis temporibus butyrum inter V. Hebraeorum cibos maxime aestimatos fuisse habitum; sed longe a vero distantem esse hanc fabulam, sequentibus §§. ostendere conabor.

III.

Ut autem probem V. Hebraeos butyrum inter cibos non numerasse, provoco *primo* ad id quod vulgo observari solet, apud populos illos, qui olei penuria laborabant, butyri confectionem in usu fuisse. Post CASAUBONUM (3), NONNIUS (4) annotavit, *Thracas, Peones & Scythas* ob olei penuriam, butyri pinguedine usos esse. Hoc observato, Hebraeos veteres butyrum non confecisse, conjicere licet. Palaestina enim oleo abundabat prae aliis regionibus, praesertim Aegypto, uti alibi annotavimus (4), quare hujus rei probationi facile supersedere li-

(1) *Germ. Antiq.* Lib. I. C. xvii. p. 122.

(2) *Hist. Anim.* Lib. II. C. II. p. 244. ubi ita loquitur: *Graecis sero admodum (butyrum) innotuit, & non nisi per barbaras nationes, id est, ut ego interpretor, per Judaeos. Ita PLINIUS &c.*

(3) In *Animadv. ad Athen.* p. 469.

(4) *De re cib.* p. 218.

(4) *Conf. diss. nostr. de re cib. V. Hebr.* p. 20.

licet Non possum tamen, quin haec Cl. BACHINI verba hic inferam, quippe quae egregie dicta confirmant. Ita inquit: *Voornamelyk was de olyven-oly by de Joden van het zelve gebruik, als by ons de boter, om 'er de spyzen door te bereiden, en ze vet en smakelyk te maken; gelyk men in Portugal, Spanje, Italie, en andere gewesten, waar veele olyfboomen wassen, noch gewoon is. Van dit gebruik der boomoly tot de spys heeft men narigt Ezech. XVI. 13. Als mede in 't geval van de weduwe te Zarphath, die van meel en olie koeken bereide 1 Kon. XVII. 12. (1).*

I V.

Ut probemus usum butyri apud V. Hebraeos non obtinuisse, animadvertimus *secundo*, apud populos Orientales butyri confectionem non in usu esse, nam periegetae aut ejus mentionem non faciunt, aut clarissime docent, id quod ab ipsis butyrum appellatur, potius casei, aut lactis schisti, vel oxygalae, quam butyri nomen mereri; & toto coelo a nostro diversum esse. Patet hoc inter alia ex verbis SCHAVII, quae hic annotare haud poenitebit. *Ils font leur beure en mettant le lait ou la creme dans une peau de chrevre, qu'ils suspendent entre les deux bouts de leur tente, ils le pressent ensuite d'un coté & d'autre avec les mains, & en font ainsi sortir le petit lait, de sorte, ce qu'il y a de gras & d'onctueux demeure dans le peau (2).*

V.

(1) *H Geogr. T. I. p. 280, 281.* (2) *Itiner. T. I. p. 311.*

V.

Tandem quod V. Hebraei butyrum non habuerint, certo certius videtur posse concludi ex eo, quod butyri nomen ipsis incognitum fuerit. Novi quidem τὸν παῦν, CASAUBONUM l. c. dicere: *Propriam appellationem ejus pinguis substantiae, quae habetur in lacte, sola Hebraea lingua novit, חמאה (1)*; ac fateor, alios Viros doctissimos hoc quasi uno ore docere, cum vero praejudicium auctoritatis in rebus hujusmodi neminem movere debeat, consultius erit in loca S. Codicis, ubi illud vocabulum occurrit, inquirere, & videre, num חמאה, nomen butyri in iis mereatur. Antequam tamen haec loca perlustrarem, monere debeo, ex vocis etymologia nullum argumentum posse desumi ad stabiliendam illorum sententiam, qui existimant חמאה fuisse *butyrum*. Nonnulli vocabulum hoc derivant a חם, vel חם' *calefcere*, atque butyrum sic volunt dici, *quia semper caleat, & nunquam frigescat vel congeletur*, alii, licet ab eodem themate vocabulum deducant, potius cum SCHINDLERO, sic adpellari autumant, *quia fit incalescente lacte, cum tunditur*. Verum, cum istae derivationes formae hujus vocabuli minus convenient, plerique Viri docti BOCHAR-TUM (2)

(1) In *Lex. Pentaglott.* in V.

(2) *Hieroz.* P. I. Lib. II. C. XLV. p. 474. Addatur *MAZI Hist. Animal.* Lib. II. C. 2, p. 244.

TUM (2) sequentes, radicem vel ethymon ejus ex Arabia repetunt ; *خما* enim apud Arabes significat, cum de lacte usurpatur, *spissum vel durum & concretum fuit lac, in butyri modum*. Verum quis non anim advertit, hanc vocem ad lac coagulatum designandum eodem, si non majori, jure, posse adhiberi, quam de butyro? imprimis cum Arabes, teste eodem BOCHARTO l. 1., voce *خما* *chemia* pro butyro non utantur, sed quidem vocibus *سمن* & *زبد*.

V L

Breviter nunc illustrare lubet loca, in quibus vocabulum *חמאה* occurrit, ut pateat, nullo modo butyrum significare. Prima vice vocabulum hoc legimus *Gen. XVIII. 8.* ubi narratur, Abrahamum convivis suis praeter vitulum & *ענות*, etiam lac & *חמאה* apposuisse. Omnium fere calculo *chemma* hic *butyrum* significat. Nonnulli tamen hic loci per *chemma* cremorem lactis intelligunt (1). Ex antedictis patebit, huncce cibum, vel si mavis, potum a Patriarcha appositum fuisse, ut hospites se refrigerarent, & restinguerent sitim. Conjectura nostra fundata est in historia Siseræ; legimus enim *Jud. IV. 10.* illum, cum cursu, fuga, laboreque exhaustus, siti laboraret, petiisse aquam: quid vero huic heroi Jael dederit, intel-

(1) Vide *R. SALOMONIS Annotat.* ad h. l. aliosque.

telligitur ex *Jud.* V. 25. his verbis : מים שאל הלב נתנה בספל ארזים הקרינה חמאה & חמאה hic loci sint res diversae, & an ita res sit concipienda, ut Jaël duo illi obtulerit dona, lac non solum, verum etiam חמאה. Ita nonnulli voluerunt; si vero inspicimus *Cap.* iv. 19. patet unam eandemque rem intelligi, vel saltem non multum diversam, quia lac uno eodemque vase continebatur. Nempe Jaël, ut herois acquireret gratiam suamque observantiam demonstraret, obtulit ipsi *lac*, sed non commune, verum חמאה infectum & permittum (1). Unde quam clarissime apparet, חמאה non fuisse butyrum, imprimis cum Sifera illud sumferit ad sedandam sitim. Sed non tantum ex hoc loco apparet, *chemma* ad depellendam sitim & refrigerationem adhibuisse V. Hebraeos, adest & alter, nempe narratur in *Sam.* XVII. 28, 29. a Sobi, Machir & Barzillai Davidi varia dona oblata esse, inter quae & *chemma* numeratur. Verbis ultimis hujus commatis docemur, illos ideo haec attulisse, quia Rex cum populo suo famelicus, lassus & *sitibundus* factus erat *in deserto*. Quod si jam *chemma* non adportatum fuit ad sitim depellendam, nihil eum in finem est adductum, saltem non memoratur, ideoque חמאה procul dubio & hic eum usum habuit, ut sitis eo restingeretur, nec fuit butyrum.

(1) Mecum aliquo modo consentiunt *POLUS* alique Interpretes V. Doct. *ANGLOS.* ad h. l.

V I I.

Sed, ut ingenue fatear, sunt &, quae obstare videntur meae sententiae. Et quidem primo huc pertinet dictum quoddam PLINII ita scribentis: *Quaedam rursus exiguo gustu famem & sitim sedant, conservantque vires, ut butyrum, & hippace &c.* (1). Prima fronte videtur locus iste nostrae sententiae vehementer obesse; nam ex eo, quod *chemma* fuerit usurpatum a V. Hebraeis ad refrigerandum, & sitim depellendam, paulo ante concluderam, vocabulum *chemma* non denotare butyrum. Hic e contrario docetur butyrum sitim sedare. Verum, re paulo propius considerata, ex hoc loco sententia nostra non infringitur: nam tenendum est PLINIUM docere, *exiguum gustum butyri sitim sedare*. Sed non probari potest, *chemma* apud Hebraeos tam exigua quantitate adhibitum fuisse: saltem Sifera haud exiguo gustu *chemma* absorpsisse, intelligitur ex *Jud.* IV. 19. ubi narratur, quod Jaël ipsi bibendum dederit. In textu Hebraeo est verbum *נפר*, quod significat largiter, copiose & ad facietatem bibere. Verum observandum est, etiamsi PLINIUS hanc facultatem butyri indicaverit, tamen ex hoc loco non posse probari, butyrum eum in finem adhibitum esse, non solum apud Graecos aut Romanos, verum etiam apud V. Hebraeos;

(1) *Histor. Nat.* Lib. XI. C. LIV.

braeos; ne dicam, non certissime constare, num PLINIUS de butyro quale nos intelligimus vel proprie dicto exaudiendus sit; componit enim butyrum cum hippace. — Magis nostrae sententiae, ex quorundam interpretum iudicio, obstare videtur *Prov. XXX. 33.*, nam cum ibi dicatur **מִיץ חֵלֶב יוֹצֵא חֶמְאָה**, existimant vulgo cum BOCHARTO (1) his verbis obiter butyri conficiendi rationem doceri. Sed palam est (quod & rectissime observavit magnus Proverbiorum commentator A. SCHULTENSIUS) non aliam pressionem lactis ibi concipi posse, quam quae fit emulgendis uberibus, atque adeo de confectione butyri cogitari non debere; nam, cum ex versu antecedente appareat, mansuetudinem & clementiam commendari, in priore membro fructus jucundus mansuetudinis exponitur, duo autem posteriora effectum acerbum inculcant fastus & arrogantiae.

V I I I.

Praeter loca allata adhuc dantur nonnulla alia, in quibus vocabulum **חֶמְאָה** legitur, sed ita ut ex illis nulla argumenta peti possint ad probandum *chemma* butyrum denotare; quare haec loca digito attigisse sufficit. Sic cum Moses opulentiam Palaestinae describit, inter alia sermonem facit *de חֶמְאָה ex armento & lacte ex grege. Deut. XXXII. 14.* Non ex hoc loco
uti

(1) *Hier. P. I. L. II. C. XLV. p. 474.*

uti vel prima fronte apparet, concludi potest *chemma* fuisse butyrum, tantum ex eo discitur, *chemma* fuisse cibum ex lacte bovino confectum. — Similiter Zophar describens infelicem impii conditionem dicit: *Jobi* C. XX. 1. *Neutiquam videbit rivus fluminum torrentium mellis atque חמאה*. Plerique Interpretes hic חמאה pro lacte adhiberi volunt, provocantes ad *Jobi* XXIX. 6. ubi Jobus de prospera sua fortuna & praeterita opulentia loquens, dicit, *se gressus suos in butyro lavasse*. Verum non opus est, ut statuamus *chemma* in his locis lac denotare, nam si *chemma* in illis sumitur pro cibo ex copia quadam lactis confecto, quod statuendum esse patet ex *Jes.* VII. 22. adeoque illo pretiosiore, haec verba signantissime summam opulentiam depingunt. — Ex dictis facile colligitur, minime mihi placere illorum sententiam, qui statuunt *Jesai.* VII. 15. vocabulum חמאה pro lacte sumendum esse; ne enim ibi de lacte cogitemus, suadet comma 22, ubi lactis signationem minime habere potest vocabulum nostrum. Sed licet fatear, in dictis locis *chemma* designare cibum lacteum, quomodo, quaeso, ex his locis concludes *chemma* butyrum significare? Non magis etiam hoc ullo modo concludi potest ex *Psal.* LV. 22, ubi memorantur חמאות פיו, quod vulgo redditur *butyracea oris ejus*, quia jungitur cum verbo חלקו. Sed notandum est, hoc attributum non solum ad butyrum, verum & ad alios cibos lacteos refrigerantes & glabros vel laeves posse transferri. — Omnia nunc, quantum scio, loca, in quibus vocabulum *chemma* occurrit, perlustravimus; & ex nulla eorum concludi posse, *chemma* fuisse butyrum, adeoque

que non constare, V. Hebraeos istud lacticinium inter cibos suos numerasse, illoque delectatos fuisse, demonstravi.

I X.

Tempus jam est, ut V. Hebraeorum cibos lacteos, quantum nobis cogniti sunt, ordine recenseamus & paucis illustremus. Incipiamus igitur a *chemma*. Ostendimus quidem in superioribus, *chemma butyri* nomen non mereri, verum quaestio nunc est, quodnam lactantis genus eo nomine fuerit insignitum. Difficile est, fateor, illud accurate definire; licet enim saepissime hujus cibi ac potulenti lactei mentio fiat in S. Codice, non tamen expressis verbis dicitur, ad quamnam lacteorum speciem *chemma* pertineat, multo minus, quomodo confectum fuerit. Quod si tamen mihi liceat conjectura uti, existimarem *chemma* in genere idem significare, quod apud antiquos Arabes *خمس*, nempe lac condensatum vel coagulatum, a *fervendo* & *fermentando* sic dictum; speciatim vero oxygalae quandam speciem denotare: pleraque enim loca, in quibus vocabulum *chemma* occurrit, ad hoc lacticinium facile possunt referri. Non omnia tamen de una specie, vel oxugala posse explicari, patet non obscure ex *Psalmo* LV. 22., ex quo intelligitur, varias hujus cibi & potus lactei fuisse species; occurrit enim ibi vox *חֵמָה*, ex cujus forma hoc videtur colligi posse, ciborum, qui ex *chemma* parabantur, aut eo referebantur, varias fuisse species, variosque modos.

X.

Verum enim vero necesse videtur, ut subjiciam rationes, ob quas hoc lacticinium, lac coagulatum & in specie oxygalam quandam designare conjeci. Illae autem praecipue quatuor sunt. Primum argumentum peto a natura nominis חמאה & usu ejus apud Arabes. Supra enim annotavimus vocem illam denotare lac coagulatum, vel condensatum, hocque plerique Viri docti & ipse BOCHARTUS aliquo modo fatentur (1). Addimus secundo, hoc concludendum esse ex eo, quod vulgo חלב, *lacti*, tanquam analogum jungitur, non vero שטן, nisi forte *Psal.* LV. 22. ubi hoc solummodo fit ob glabriciem & laevitatem.

Tertium argumentum mihi suppeditant Arabes, veteris instituti orientalis ex asse haeredes; ab illis enim lac coagulatum & quidem oxygalum in deliciis reputatur. Unde & plerique periegetae ejus mentionem faciunt. Praecipuas relationes hic annotare, lectoribus haud ingratum fore confidimus, cum ex illarum collatione distinctus hujus lacticinii conceptus acquiri possit. Incipiamus a descriptione ARVIOSII (2), qui cum de usu lactis apud Arabes sermonem facit, inter alia haec habet: *Mais des qu'il est caillé, ils le font aigrir avec le suc d'un herbe, qu'ils y mettent afin qu'il soit rafraichissant.* Quanam autem ex herba succus ille expressus

(1) Vide supra pag. 58. (2) *Itin.* l. c. p. 200.

pressus fuerit, non meminit Vir nobiliss., verum hoc nos docet SCHAVIUS, cum dicit: *Au lieu de mulette, les Arabes & les Maures se servent sur tout en été des fleurs de l'artichaut sauvage pour faire prendre le lait* (1). Verum dubito, num Arabes semper hunc succum coaguli loco adhibeant: videntur etiam simpliciore modo lac illud acidum conficere, ut patet ex observatione Nobilissimi RUSSELLII (2), qui postquam dixerat: *de Leban word geduurende de lente en de winter by groote menigte ter stad gevoert en verstrekt tot een Tafelgerecht, daar de inwoonders groot werk van maaken, mox, in nota, haec addit: de Leban is een zuuragtige gestremde melk, die door de melk te kooken vervaardigt word, en, waarin zy, terwyl dezelve staat te kooken een klein weinige Leban doen, waar door alles tegens den volgenden morgen te zaa-me stremt. Doch hoe dit het allereerste is klaar gemaakt, heb ik niet kunnen wys worden, want de inboorlingen weten van geen andere manier, doch uit eenige proefnemingen, die men my verhaald heeft, dat dies aangaande gedaan zyn, zoude het schynen, dat zy eerst eenige melk hebben laten zuur worden, waar van zy een weinig onder versche melk geroert hebben, waar door die ook zoo verandert is, en dat zy den volgende dag met deeze nieuw gestremde melk zulks wederom herhaald hebben, en dus agtervolgens een lengte van dagen den waaren Leban hebben voor den dag*

(1) *Voyag.* T. I. p. 311.

(2) *Beschryv. van Aleppo* p. 36.

dag gebragt. Haec sufficere possent, nisi forsan ex relatione THEVENOTII videretur posse concludi, Arabibus haud incognitum & inusitatum fuisse coagulo lac condensare, en ejus verba: *Quand ils veulent que cet yogurt soit plus friand, après avoir fait chauffer du lait, ils y mettent une cuillerée de lait aigre, qu'ils ont fait aigrir avec de la presure, & tout ce lait par ce mélange étant devenu yogurt, ils le laissent refroidir pour le manger* (1). Ex dictis satis superque apparet, quanti illud oxygalum aestiment Arabes, neque existimare quis debet, hoc lacticinium recentioris inventionis & usus esse, cum ex veterum, praecipue Medicorum scriptis edoceamur, oxygalam etiam a veteribus Graecis Romanisque in deliciis fuisse reputatam (2).

X I.

Quartum nempe & ultimum ad stabiliendam meam sententiam, quod V. Hebraeorum *chemma* oxygalae quaedam species fuerit, inde deduco, quod maxima convenientia sit inter indicatum Arabum lacticinium & V. Hebraeorum *chemma*, nam, ne dicam, *chemma* apud V. Hebraeos in frequenti usu fuisse (3), uti & apud

(1) *Voyage au Levant* T. II. p. 84.

(2) Confer. NONNII de *re cib.* C. XVI. p. 210, 211.

(3) Conferantur loca supra citata & imprimis *Jes.* VII. 15., ex quo loco male concludunt plerique interpretes, infantum Hebraeorum, nutrimentum confectum fuisse ex melle & butyro.
Conf.

apud Arabes memoratum lacticinium (1), *chemma* videtur maxime utile fuisse ad refrigerandum, uti supra jam animadvertimus. Oxygalam vero Arabum eidem usui infervisse docet THEVENOTIUS l. c. ajens: *Il*

en

Conf. BOCHART. Hier. P. I. L. I. C. 51. p. 630. WAGENZEIL Tela Sat. p. 388. & RAM. DE PRADO. Pen-tecont. p. 50. ed. Fabr., ut VITRINGA aliosque commentatores taceam. Nunquam enim in s. litteris butyrum pro cibo infantum tenellae aetatis, sed lac sumitur, conf. *Jesai XXVIII.*

9. Si quid video sensus hujus loci hic est: Immanuelem nasciturum illo tempore, quo nondum tradenda esset Terra Chanaan vastationi, sed quo adhuc prisca ubertate gavifura esset, ita ut non solum mellis & lactis abundans copia esset, verum etiam tanta abundantia, ut ex lacte *chemma*, ad cujus praeparationem magna lactis copia requirebatur, conficerent. Peculiarem de hoc loco sententiam fovet Cel. J. G. ALTMANNUS, quam proposuit in *Temp. Helvet T. I. S. I. p. 55.* Hanc tamen amplecti minime nobis licuit, cum nimis coacta videatur

(1) Addatur jam adductis testimoniis illud DAPPERI. *De voornaamste spys der Arabieren bestaat in kemels en geiten vleesch en kaas: als ook in versche en zuure melk, daar mede zy den honger en dorst verdryven. V. ejus descript. Arab. p. 153.* Apud Tartaros illud lacticinium in frequenti usu est, ut TAVERNIERIUS nos docet: cum *Itiner. Lib. III. C. XIII. p. 286.* ita narrat: *Ieder heeft nog eenen anderen wagen by den genen, waarop by zig onthoud, om daar veel leere vlessen vol van koemelk, die men zuur laat worden, in te houden. Als zyeeten, gebruiken zy deeze zuure melk tot hunnen drank: maar eer zy 'er afnemen, roeren zy hem kragtig om met eene dikke stok, op dat 't geen, 't welk gestremt is, zig met bet dunne wey zoude mengen.*

en usent beaucoup pour se rafraichir, principalement dans les caravanes où ils en ont toujours bonne provision. Hisce argumentis forsan & addi potest, quod ex conjunctione *ru chemma* cum melle, in-esu. concludi quoque aliquo modo possit illud inter oxygalae species numerari. Arabes enim etiam *cibis ex lacte confectis* mel addere solent, docente ARVIOSIO (1) qui dicit: *un des principaux regals, qu'ils ayent pour leur dejeuner, c'est de la creme ou du beurre frais, melé dans un plat de miel. Cela ne paroît pas s'accommoder fort bien ensemble; mais l'experience apprend que ce melange n'est pas mauvais, ni d'un gout desagréable, pour peu qu'on y soit accoutumé.*

X I I.

Conjecimus *chemma* V. Hebraeorum fuisse oxygalam vel lac coagulatum Arabum. Non praetereundum nobis nunc est, quod Arabes lac condensatum & spissum saepe conservare soleant in longos usus. Hoc in casu illud lactans in unam massam solidiorem comprimunt, uti observat THEVENOTIUS: *ou s'ils le veulent garder, ils le mettent avec du sel dans un sac de toile, qu'ils lient bien, en sorte que ce qui est dedans soit pressé, ils le laissent couler, jusqu'à ce qu'il n'en sorte rien: de cette maniere il ne reste dans le sac, qu'une*

(1) l. c. p. 197.

qu'une espece de beure ou plátot de fromage blanc. So-
 let tum in utribus fervari, hoc enim videtur docere
 CHARDINUS, cum dicit: *Le Fromage en Per-
 se ne se fait pas en masses solides. On le garde dans
 des peaux de chevre, comme nous faisons le beurre
 dans nos pots, & on le coupe, & on le sert presque
 en poussiere* (1). Imo & alio modo illud lac expressum
 conservant, uti ex hac SCHAVII relatione patet:
*Quand le lait est caillé, ils le versent dans de petits
 paniers faits de joncs ou de feuilles de palmiers où ils
 le pressent.* Huiusmodi casei videntur fuisse, quos
 dono dedit Isai tribuno militum, cujus mandatis filii
 ejus obtemperabant. Vocantur enim **הריצי הלל**
י Sam. XVII, 18. Graeci reddiderunt *τριφαλιδας* *τε*
γαλακτος. BOCHARTUS (2) existimat, *τριφαλιδας*
 illas, quae HESYCHIO sunt *τα τμηματα τε απαλα*
τυρα, prorsus exprimere Hebraeum **הריצי**, quia **רצ**
 significat *secare*. Etiam si non nego, verbum **רצ** *se-*
candi notionem habere, cum & SCHULTENSUS
 animadvertat proprie denotare *fidit acuminatim* (3),
 vellem tamen potius vocabulum nostrum explicare
 ex Arabum *حرض*, quod significat *perdere, corrumpere*
 & speciatim *de lacte* adhibetur. Sed quamcunque
 derivationem assumas, facile ad dictos Arabum ca-
 seos applicari potest. Huiusmodi caseos fuisse **הריצי**
י *co-*

(1) Vide ejus *Voyag. en Perse* T. IV. p. 186.

(2) *Hieroz.* l. c. p. 316.

(3) Confer. SCHULTENS in *Prov.* p. 252.

concludimus ex eo, quod David praeter dona fratribus destinata, illos decem caseos portare potuerit. Dictos enim Arabum caseos non multum ponderi saut magnum volumen habere, docet SCHAVIUS, qui exinde quoque idem coniecit, ita inquires: *Leurs fromages ne sont gueres que deux ou trois livres la piece & ressemblent pour la figure & pour la grandeur à un pain d'un sol d'Angleterre, tels que pouvoient être les dix, que David porta avec d'autres provisions au camp de Saul.* Recte igitur his SCHAVII verbis docuit Vir eruditiss. P. NIEUWLANDIUS, natus illos criticos, qui non possunt concipere, quomodo David omnia illa simul in castra deferre potuerit, in manifesta moris Orientalium ignorantia verari (1).

X I I I.

Inter cibos lacteos, qui in usu fuerunt apud V. Hebraeos, a viris eruditissimis, unanimi fere consensu, numerantur שפת בקר, memorata 2 Sam. XVII. 29. licet ex antiquis versionibus pateat, veteres circa hoc donum a Sobi aliisque Davidi oblatum, olim in diversas sententias abiisse. Nam etsi Chaldaeus, Syrus & Hebraei omnes, hic caseos intelligant, LXX. tamen Interpretes vocabulum Hebraicum, tanquam sibi ignotum nude exscripserunt, σαφωθ βοω; Complutensis tamen codex ha-

(1) *Lectio. Memor. T. I. p. 245.*

habet γαλαθηνά μοχαρία *lactentes vitulos*, *Vulgatus pingues vitulos*, *Arabs lac bovis*. Miror igitur recentiores tanto consensu hocce vocabulum de caseis bovinis aut vaccinis accepisse. MALVENDA voces שפוח בקר vertit *eminentias boum*, id est, eminentes, seu praestantissimos & pinguissimos boves (1). Et sane haec versio magnam meretur attentionem, nam (ne dicam) verbum שפה teri in *eminendo*, constat quoque ex inspectione loci, oves memorari, quibus saepissime adjunguntur boves, uti multa S. Codicis loca docent. Unde verisimile admodum est potius de bobus vel vaccis, quam caseis agi, praesertim si consideremus numerum illorum, qui Davidem comitabantur.

X I V.

Praeter memoratos cibos lacteos, Arabes habent adhuc alium, cujus frequens apud illos usus est, & cujus confectioem celeberrimorum periegetarum verbis malo enunciare, quam meis. Audiamus igitur primo loco ARVIOSIUM (2), *Ils le tirent, inquit, à force de battre le lait dans une outre mal propre, qu'on acheve de remplir du lait, qui reste dedans, & c'est leur fromage: Il est blanc, d'un très mechant gout, & ils n'en font point d'autre.*

(1) Conf. POLI Synop. ad h. l.

(2) Vide l. c. p. 200.

tre. Non multum ab hac descriptione abludivit relatio SCHAVII, quam hic infererem, nisi supra jam eam excerpissem (1). Itaque ad THEVENOTII testimonium transibo, quod licet non in ipsa re, in circumstantiis tamen diversum est a relatione ARVIOSII; hoc enim modo hujus lactantis confectionem l. c. describit: *Voions de quelle maniere l'on fait le beurre à Damas, qui est la même, que dans le reste de la Turquie, L'on attache un bâton par les deux bouts aux piés de derrière d'un outre, c'est-à-dire, chaque bout de bâton à chaque pié, & l'on fait la même chose à ceux de devant, afin que ces bâtons servent comme de manches: en suite ils mettent le lait dans l'outre, après quoi ils la ferment bien, & la prenant par les deux bâtons, ils la remuent, & au bout de quelque tems ils y mettent un peu d'eau, & remuent comme auparavant, jusqu'à ce que le beurre soit fait, alors ils en vident une eau, ou petit lait, qu'ils appellent Yogourt, & qu'ils boivent.* Actionem hanc, vel modum butyri, ut vocant, conficiendi Arabes exprimunt verbo *وسل*, ut videre est apud Lexicographos. Quod hoc lacticinium apud veteres Hebraeos non incognitum fuerit, non improbabile redditur ex potestate & usu verbi *זכר*, quod tantum Gen. XXX. 20. occurrit, ubi dicit Lea: *זכרני אלהים אתי זכר טוב וגו*. Varii varias huic verbo

(1) V. Supra p. 56.

bo significatus adjunxerunt, sed fatendum est, virorum doctissimorum explicationes minus satisfacere. Quare album calculum non possum non adjicere Celeberrimo A. SCHULTENSIO, qui explicationem hujus loci ita suscepit, ut ostenderit *Leae* verba hoc modo vertenda esse: *Utre[m] mibi meum optima agitavit Deus agitatione: nunc utique consuescet & habitabit mecum vir meus, quod jam sex ei partu edidi filios: & appellavit eum Zebulon.* Ex ipsius igitur sententia זבולון ejusdem est potestatis & indolis cum verbo مخض, cujus propria significatio est *utrem movendi*, cum translata, in *parturiendo, foetumque emittendo* frequenter (1). Ne hanc Cl. SCHULTENSII explicationem inter ingeniosas conjecturas referas, probat Vir Clar. significationem propriam, nempe *utrem movendi butyri cogendi gratia*, ex Arabum Lexicographis aliisque Auctoribus, quae vero loca exscribere haud vacat. Unus GIEUHARII sufficere videtur: *زبدت المرأة سقاها اي مخضته حتي يخرج زبدته* Foemina *زبدت* utrem suum, quum concutit eum, donec butyrum exeat, quod זבולון appellatur. Ex dictis, ni fallor, manifestum est, cum jam antiquitus apud V. Hebraeos translata verbi זבולון significatio cognita fuerit, proprium quoque usum ipsos haud latuisse; ideoque memorati Arabum lacticii confectio ipsis videtur haud incognita, & quid vetat dicere, inusitata fuisse.

(1) Confer ejus *Origin.* p. 49.

X V.

Quaeri potest an non vocabulum גבינה, cujus mentio fit *Job. X. 10.*, Arabum lacticinium modo memoratum etiam designet? Etymologia indicat גבינה fuisse confectum ex lacte condensato; licet enim haec notio hujus vocis in dialecto Hebraea ignota sit, in Chaldaica, Syra, & Arabica notissima est, SCHULTENSIUS ad l. l. de Arabibus docet جبن apud ipsos significare de lacte *coagulari* vel potius *concrefcere*, & *conglobari in massam spiffiorem*. hinc גבינה proprie *coagulatum* & *concretum in grumos majores lac* designare. Ob rationem igitur allatam, affirmativam amplecterer sententiam; si quis tamen probare possit, aliud peculiare lacticinium hoc vocabulo denotari, non habebit me sibi adversantem.

Nobis sufficiat, praecipuos Veterum. Hebraeorum cibos lacteos indicasse, dum diutius in hanc rem inquirere non licet. Etiam si autem non negamus alia lacticina ab ipsis adhibita fuisse, cum tamen illorum denominationes non prostent, non improbable fit, non peculiaribus nominibus insignita fuisse, vel species fuisse lacticiniorum memoratorum. E. g. cremor lactis fuit species quaedam *כחמה* *chemma*, & eodem modo res forsan cum aliis cibis lacteis, si quos habuerunt, comparata fuit, quare & hic commode finem dissertationi imponere possumus.

T A N T U M.

T H E.

T H E S E S

I.

Pbrasin אכלי קרצא, quae apud Chaldaeos in usu est, & in versione N. T. Syriaca occurrit, proprie calumniatores, qui cibi gratia aliis obtrectant, significare putamus, voce קרצא, quae crustulum panis & orbiculum significat, ex Arabismo restituta.

I I.

Ad intelligenda ea, quae STRABO Lib. II. pag. 99. de navibus memoriae prodidit, eas dictas fuisse ἰππες, non injuria videtur conferri posse vocabulum Arabum مركب vectus fuit, equo, navi &c. unde verbum مركب & navim & jumentum significat.

I I I.

Sententiam Doctissimi MEDENBACH de liberis Jobi non mortuis, cum domus primogeniti a vento destrueretur, Job. I. 18, 19., propositam in opere, quod vocatur Bundel der Godgel. Verhand. Part. III. Tom. VI. p. 591. & seqq. licet speciosis argumentis exornatam, amplecti non possumus.

I V.

Cum intraret Pontifex M. Sanctum Sanctorum, vestibus indutus erat lineis, albis vulgo dictis.

V.

Altare suffitus locum habebat in sancto; neque huic sententiae obstat Hebr. IX. 4.

V I.

Nomen Canaanis terrae transjordanicae aequè convenit ac cisjordanicae.

K

V I I.

V I I.

Annus Jubilaeus apud Hebraeos fuit annus quinquagesimus quisque, septies septem annos sequens, non quadragesimus nonus.

V I I I.

Errant, qui annum illum septimum, quo servi & ancillae libertati restitui debebant, existimant fuisse Sabbathicum.

I X.

Liba apud Arabes idem est, quod צרונה in Terumoth. X. i. nempe obsonium ex piscibus salitis.



DOCTISSIMO JUVENI
J. KNEPPELHOUT,
DISSERTATIONES BINAS
DEFENSURO.

Sic decet eximias didicisse fideliter artes,
Et varias sacris jungere delicias.
Sic decet Eöae monumenta inquirere gentis,
Moribus & verum restituisse decus:
Scilicet ut magnos vobis mox cedat in usus,
Quod tenuit vasto gens memorata sinu;
Gens *Solymaea* tibi poterit praeferre cortuscam,
Vatibus & sacris, te praeëunte, facem.
Quae dudum fuerant densis occulta tenebris
Pandet *Arabs*, germen nobile *Cachtanidum*.
Sic decet excelsi sanctas inquirere leges
Numinis, aetherei jura verenda Poli,
Quas animis hominum fixit ratione Creator,
Ut discant justo tramite ferre pedem.
Hinc tibi dignus honos meritis, hinc gloria surget
Jane, decus Batavi, deliciaeque soli.
Fallor? an ipse *Deus*, summi *Genitoris Imago*,
Te sibi dilectas pascere mittet oves.
Fallor? an & *Sophiae* riguis nutritus in hortis
Mox pandes sacrum Religionis opus.
Fallor? an ipsa cohors, docto dum pendet ab ore,
Jam facilis *Christo* corda regenda dabit,
Adnuat his votis celi *Deus* incola coeli,
Et faveat coeptis, optime *Jane*, tuis!

J. E. MEBIUS.

P. 3. vs. 6. 34. l. 31. vs. 31. — vs. 15. observatione. l. ob-
servationi. p. 5. n. 1. eos. l. ad eos. p. 6. vs. 1. delea-
tur, Judaei — abstinent (1) vs. 4. & 5. posteriori l. priori.
p. 11. vs. 17. לאכרעים — לא כרעים. p. 12. vs. 16.
ניד l. ניר p. 15. n. vitule l. vitula. p. 16. ult. (5) l. (2).
p. 24. vs. 2. speciatim: l. speciatim, — vs. ult. c. 1.
l. c. l. p. 28. vs. 1. adhuissent l. adhibuissent. p. 30. vs.
13. quale l. quali. p. 34. vs. 1. antumo l. autumo. p. 39.
vs. 26. D' L' l. D'. p. 40. vs. 1. avium, ne l. avium. Ne.
p. 42. vs. 5. placet. l. placeat. p. 45. vs. 1. trndem l. tan-
dem. p. 46. vs. 19. qui Sidon, l. qui סדין p. 49. vs. 7.
29. l. 25. divident l. dioident — vs. 19. dividendas l. ven-
dendas. p. 50. vs. 3. dividendi l. divendi. p. 51. vs. 7.
fuit. l. fuerit. — vs. 11. quae; l. quae. — vs. 28. 1325.
l. 13 & 25. p. 57. vs. 11. סהאה l. המאה. p. 58. vs.
ethymon l. etymon. p. 59. vs. 2. הלב l. הלב. p. 64. vs.
4. praeipue l. praecipue.
